Oꝛiundus.

Oꝛo.

Thesaurus varie cõstructõis a Pal.

De littera. P.

Palpo
Palpor
Parco.

Palpat illum ꝛ illi. Iuuena. Quẽ munere palpat Charus.
p Plau. in amph. Obseruatõe q̃ blande mulieri palpabit.
Dicit aũt palpat ꝛ palpat vri populat ꝛ populat. ¶ Parce metu: dimitte metum: quõ dicimus parce verbis: parce iniurijs. Parco petis tuis dicendũ: nõ autẽ parco petis tibi. Sic aũt parco petis petri: nõ aũt petã petro. Plau. in Pseudolo. Duoꝝ labori ego hominũ parcissem lubens. Sueto. in Tyberio. Neq; tormentis neq; supplicio cuiusq; pepercit. Item in ofone illa. Et cõfitentiũ tibi parce petis. Quũ vero accõ iungit: seruare significat. Uir. li. x. enc. Argenti atq; auri memoras que multa talẽta: Gnatis parce tuis. i. serua. ¶ Participo illũ auri vel de auro: vel auro.

Participo.

Plau. in Cistel. Paternũ seruũ sui participat cõsiliũ. Et in milite Nam ille nõ potuit: quin sermone suo aliquẽ familiarẽ pticipaueri de amica. Apule. li. ix.. Ibiq; statim meum dñm comis hospes opipari prãdio pticipat. ¶ Pascit ouis herbã: herba pascit ouẽ. tu pascis ouẽ sale. Oui. Fast. j. Pauit ouis prati. Luca. iiij. En nobile corp⁹ pascit aues: nullo cõtent⁹ Curio busto. Uirgi. li. iij. enc. Et vulsis pascunt radicib⁹ herbe. Naso in ibim. Aereas volucres corpe pasce tuo. ¶ Pascor hãc rẽ ꝛ hac re. Uirg. li. ij. en. et miseros morsu depascit art⁹. Idẽ li. iiij. ge. pascunt vo siluas. idẽ in buc. Frõdib⁹ hirsutis ꝛ carice pastus acuta. Pasco ꝛ pascor vni⁹ sunt significatõis: vt li. iij. ge. Atq; artus depascit arida febris. Idẽ. ij. enc. Miseros morsu depascit artus. ¶ Patrocinor illi dicẽdũ est. Fabius in li. ij. Sic vt nõ nomini pꝛocinemur sed crimini. Terẽ. in Phor. Uos me indotatis modo pꝛocinari fortasse arbitramini: etiã dotatis soleo. ¶ Pauco morte vl̃ morte. Luc. li. iij. Quũq; alij fame populi terrore pauerent. Ibidem. Pauet ipe sacerdos accessus. et lib. vij. Ne pugnam tyro pauere. Naso. j. de arte. Dirit et ecurru ne tygris illa pauere desilijt. ¶ Penitens facti vel facto. primo modo participiũ est: secũdo vero nomẽ. Sueto. in Uitel. Non multo post penitens facti. et in Clau. Penitẽtis de matrimonio Agripie. ¶ Pepigi tibi: id est promisi: pepigi recum: id est pactus sum. Sueto. in Le. Et petitoribus nõ alios adiuuare: aut ad honorem pati peruenire q̃ qui sibi pepigissent propugnaturos absentiam suam. Ibidem. Cum aduersarijs autem pepigit: vt dimissis octo legionibus rẽ. ¶ Percontor illum hanc rem ꝛ ab illo. Horatius in epi. Et percontabere doctos. Terẽ. in Andria. Sed quos percontor video. Plau. in Pseu. Sunt que te volum⁹ percontari. Idem in Persa. Percontare ex ipsis ipse tibi narrabunt Ibidem. Sic nos ex te percontabimur aut patriam tuam aut pa

Patrocinor

Pauco.

Penitens.

Pepigi.

Percontor.

rentes. Tul. li. ij. Rhe. Ab aduersarijs pcontabit accusator. ¶ Perijt vulnere t ex vulnere. Sueto. in Cesare. Alius alio casu perijt et in Augu. Quũ Hircius in acie: pansaq; post ex vulnere perijsset. ¶ Perit illã t illa. Plau. in Penulo. Eay hic alterã afflictim perit. et in truculento. Tres vnã periunt adolescentes mulierem. Idem in Merca. Afflictim perit eius amore. ¶ Perlabit vndas figura est. Quod enim modo nos dicim⁹ per ppositionez nomini copulatam sequẽte verbo: antiqui verso ordine per ppositionem detractã nomini iungebãt verbo: ita tamen vt esset vna pars orationis. hinc facicbãt honestã elocutionem. Nos enĩ dicimus per vndas labitur: illi perlabit vndas dicebant. Itẽ per forum curro t percurro forum. Ser. li. j. Enei. ¶ Permanco bis t in bis. Prisc. ia. xviij. ¶ Pertesus illius t illũ. Macro. li. j. de Sõno Scipi. Pertesus necessitat⁹. et in Augusto. Pertesus vt scribit mox perquisitatẽ eius. Item in Cesa. et quasi pertesus ignauiã suã. ¶ Pertinet in hanc rem vel ad hãc rem dicimus. Fabius li. vij. Pertinet in vtrãq; partẽ. Martia. Hoc ad te pertinet Polle. ¶ Peto tibi: id est pro te. Virgi. li. ix. Aut quid petis istis. i. pro istis. Petit me libri t a me dicitur. Sueto. in Ce. Nisi ab exercitu auxilium petissem. Terẽ. in Phor. Petito a me bascc decem. ¶ Piget me illi⁹: Piget etiã me illud olim. Teren in Heau. Neq; se id pigere. Naso videtur dativo iunxisse: vt quidam voluit lib. ij. Metam. Sors mea principijs fuit irrẽcta: pigetq; Acrorũ sine fine mihi sine honore laborũ. Sed reuera secus est. Est enim ordo huiusmodi pigetq; sez me laborum actoruz mihi sine fine sine honore. ¶ Poscit te vestem vel a te t poscit tibi: id est pro te. Ouidius lib. v. met. Et nomine quẽq; vocato poscit opem. Luca. lib. iij. Uxor t a charo poscet sibi facta marito. Fabius lib. ix. Posco hec mihi. i. pro me. ¶ Dicitur etiam Exposco a te laudem. Sueto. in Clau. A consulibus exposcerẽt. Cesar lib. ij. de bel. ciuili. Et ante simulachra proiecta victoriam ab his exposcerẽt. ¶ Postridie posteriore vel postero die: sicut pridie priore die. Prisci⁹ libro. xvij. Postridiei illius diei dicitur: t postridie q̃s a vobis discessi. Tulli⁹ lib. iij. epi. Nec scripsi postridie eius diei: quum castra haberem in agro molestie. Cesar item cõment. j. de bel. gal. o Pstridie eius diei tẽ. Cice. lib. iij. epi. Postridie intelleri q̃s a vobis discessi. ¶ Postulo te repetũdarum: postularis item repetundarum. Sueto. in Cesa. Cornelium dolobellam consolarem t triumphalem virum repetundarum postulauit. et in Augu. Qui postulabatur iniuriaz. Postulo te presidium vel a te. Salu. in Catil. Ab Lentulo Cethego Scatilio item Cassio postulabant iusiurandũ. Tul. de responsis ba-

Perijt.
Perit.
Perlabitur.
Per prepositio.
Permaneo.
Pertesus.
Pertinet.
Peto.
Piget.
Posco.
Exposco.
Postridie. Pridie.
Postulo et oro. t dicit a flagito.

ruspicũ. Nisi a senatu pñsidiũ postulassent. Postulo a flagito differre ostẽdit. Tul. pro. P. Quintio. ait enĩ. Cum q; postulat. non flagitat pteribo. ¶ Post paulo t post paulũ dicim⁹. Salu. in Catil. Postpaulo Catillina pecuniarũ repetundaꝝ reus: phibitus erat ꝓsulatũ petere. Ibidẽ. Post paulo ipi trahebant. Cesar. li. j. de bel. ciui. Post paulo tñ internũcijs vtro citroq; missis. Legito lacti⁹ in dicrõe. Ante paulũ. ¶ Potior illi⁹ rei. illã rẽ t illa re. Cice. lib. ij. inuectiuarũ. Rerũ potiri volũt. Terẽ. in Adel. Ille alter sine labore patria potit cõmoda. Ibidẽ. Hic potit gaudia. Plau. in Amph. Ut salui potiremur domũ. Uirg. lib. j. Egressi optata potiunt troes arena. ¶ Pugno tibi t tecũ. Helena ad paridẽ. Dũ nouus est etiã cepto pugnem⁹ amori. ¶ Pudeo piteo pigeo misereo antiqssimi dicebãt: vt Prisc. docet. lib. vj. xij. Carmi. Plau. itẽ in Casina inquit. Ita nũc pudeo: atq; ita nunc pauco. Luca. quoq; li. viij. Metuit quẽ seua pudebũt. Terẽ. in Adel. Hei mihi non te hac pudẽt. ¶ Pudet me illius t illud dixere quondam. Plau. in Asi. Tui me vtor pudet. Teren. in And. Nihil illos pudet. Tul. pro Archia poeta. Me aũt quid pudeat. Martia. item lib. iiij. Nulli thai negas: sed si te nõ pudet istud. Hoc saltem pudeat thai negare nihil. Cice. quoq; lib. j. de oratore ait. Quẽ vero nõ pudet id quod in plerisq; video tẽ. Plau. in Casi. puditũ dixit ibi. s. Pudet qõ prius nõ puditũ ingꝫ est. ¶ Purgo me hac re et de hac re. Syl. li. ij. Et purgant pectora culpa. Teren. in Heau. Sed heus tu purgẽ ego me de ista thaide. Tul. lib. xij. epi. Quod te mihi de Sempronio purgas accipio accusationẽ. ¶ Plen⁹ vini t vino. Teren. Plenus rimarũ sum. Tul. in Sen. Plenus fidei tẽ. Uirg. lib. iiij. g. Crura thymo plene. Et alibi. Plenamq; sagittis treicijs phareträ. ¶ Pluit vel sanguis vel lapis: pluit sanguine et lapidibus. pluũt lapides in nõ scilicet. Et de⁹ pluit aquã. Tibul. libro. ij. Multus t in terras deplueritq; lapis. Statius. viij. the. Saxa pluunt. Pli. li. ij. Preter hec inferiore celo relatũ in monumẽta est lacte t sanguine pluisse. Ibidẽ. Effigiee que pluerat spõgiarũ fere similis fuit. Iterum. Lateribus coctis pluisse in eius anni acta relatum est. Plautus in Mustel. Uenit imber lauat parietes: perpluunt igna: putrefaciq; operam fabri. Ibidem. Quã mihi amor t cupido in pectus perpluit meum. ¶ Pluitur vsus est Apule lib. floridorũ. ¶ Precedo illum: tu preis isti. Suet. in Domi. Precederent cũ. Ces. cõmen. in de bel. gal. Eluctij quoq; reliquos gallos virtute precedunt. Luca. li. iij. Terũ precedere nati. Suet. in Clau. Populo piret. ¶ Precurro aduentũ tuũ dicitur. Pli. lib. vj. episto. Precurrere aduẽtum meũ in cãpaniam posses.

Post paulo.
Post paulũ.
Potior verbum.
Pugno.
Pudeo.
Pẽiteo.
Pigeo et Misereo.
Pudet.
Purgo.
Plenus.
Pluit.
Pluitur.
Precedo.
Precurro.

Thesaurus varie cõstructõis a ꝓre.

¶ Prestãs viriñ t viribus dicit. Virg. li. xij. O prestãs animi iuue nis. Quẽ versum ab Ennij lib. viij. supsit: vt scri. Macro. Et alibi prestãtes virtute legit. ¶ Prestat melius est: vt lib. i ij. ene. Prestat trinacrij metas lustrare pachini. Estq; sermo per se plenus: vt ibi quoq;. Sed motos pstat cõponere fluct⁹. Presto illi t illũ. Terẽ. in cunu. Dij imortales homini hõ quid pstat. Virg. li. xij. Jbo ani mis cõtra: vel magnũ prester achillẽ. Cice. li. j. de orato. Multum ceteris boibus olim gentiũ pstiterint. et in Lelio: Nãq; hoc pstat amicicia ꝓpinquitati tẽ. ¶ Preuenio illũ dicimus. Sueto. in Le sare. Talia agentẽ atq; meditantẽ mors puenit. Luca. li. iij. Et ad mõtes tẽdentem puenit hostẽ. ¶ Precor ab ioue t ad iouẽ. Diom. Precor te hãc rem t a te: quãdoq; tibi dixerunt. Luca. lib. ij. Dur etiã votis hoc te fortuna pcatur. Fab. li. ix. Quod pcatus pijs im⁹ mortalib⁹ sum. Valerius maxim⁹ lib. j. A quibus bona pcamur. Vir. j. ene. Cui me fortuna pcari impulit alias iussit: qõ antiquũ est: vt Oro tibi t decet mihi. Precor tibi. id est pro te vel contra te. Fab. li. j. Permittam⁹ vela vẽtis t orã soluẽtibus bñ precemur. Luca. li. viij. Quid tibi scua pter pro tanto crimine tellus. ¶ Pre⁊ stolor te t tibi. Teren. in cunu. Quẽ prestolare parmeno. Plau. in Casina. Te castor pstolabat. Cice. li. j. inuectiuarũ. Qui tibi ad fo⁊ rum aureliũ pstolarent. ¶ Preter actõ iungit semp. quãdoq; etiã ablatiuo: sed tũc pro sine accipitur. Salusti⁹ in Catilina. Preter rerum capitalium condemnatis. ¶ Pridie genitiuo t accusatiuo iunctũ inuenies. Tul. li. j. epi. ad Lentulum. Jam illã sentẽtiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeram⁹. Idem lib. ij. epi. ad. M. Celiũ. Proficiscebar inde pdie nonas q̃ntiles. ¶ Pro pe te t ad te dicit. Seneca epistola. xiij. Prope est ad te deus tecũ est intus est. ¶ Pro nominatiuo seu vocatiuo iũgit t accusatiuo: quũ interiectionis loco ponit: nec aspiratur aliquo pacto: sed cir⁊ cũflectitur. Salu. in Catil. Pro deũ atq; hominũ fidem. Teren. in Adel. Pro dij imortales. Virgi. li. iij. Pro iupiter ibit hic ait. ¶ Propinquo tibi dicẽdũ. Virg. li. v. Jamq; propinquabant sco⁊ pulo. ¶ Propior propius t proximus dativo t accusatiuo iuncta legi. Virg. li. ij. geor. Aut quos oceano propior gerit india lucos. Et li. iij. Et faciem tauro propior. Salu. in iugur. Ipe ꝓpior mon tem cũ omni equitatu: t pedit⁊ib⁹ delectis suos collocat. Cice. ad atticũ. Propius grãmatico accessi. Virgi. li. j. g. Propi⁹ stabulis armenta tenerent. Salu. in Catil. Quod tamen vitiũ propi⁹ vir⁊ tutẽ hereat. Idem in iug. Propius mare aphricanũ agitabant. Tul. pro Quinto Ligario. Homines enim ad deos nulla re pro⁊ pius accedunt: q̃ salutem hominibus dando. Et in de senectute.

Prestans.
Prestat.
Preuenio.
Precor.
Prestolor.
Preter.
Pridie.
Prope.
Pro.
Propinquo
Propior.
Propius et
Proximus.

Ad eam propius assum. Item lib. j. de orato. Et ad veritatem vi te propius accedere. Et libro de natura deoꝝ ait. Alie propiꝰ a terris: alie remotius tē. Item Infra autē hāc propius a terra iouis stella fertur. Virg. li. v. Proximus huic longo: sed proximꝰ interuallo: Insequatur salius. Salu. prima cartbagini loca. Li. in pisonem. Proximus pōpeiū sedebā. Idē pro milone. Proxime deos accessit clodius. Et lib. xiij. epi. Quū proxime romam venisti. Idē in Lelio. Qui ad sapientiā proxime accedūt. Ouid. in arte. Proximus ad dominā nullo prohibente sedeto Pyrcius. lib. vj. de bel. Hispanico inquit: Usqꝫ eo vt cedē prime a vallo fecerint. ¶ Propugno tibi ꝛc. Sta. lib. ij. eb. Hostili propugnas pectora barba. Pri. xviij. ¶ Prospicio tibi ꝛc. Virg. j. Et alto prospiciēs. Item lib. vj. pspexi italiam summa sublimis ab vnda. Terē. in hecyra. Tibi pspexi. Et in eu. Malo ego nos pspicere cꝫ hunc vlcisci accepta iniuria. Luc. li. ix. Iustas sibi nostra senectus pspiciat flāmas. Prospicio illi illū: ꝛ in illū: sicut ꝛ greci nos dicimus. Pri. xviij. ¶ Prosum datiuo ꝛ actō adiungitur. Penelope. Sed mihi quid prodest vestris diuecta lacertis. Illos. Pli. li. ix. ca. xxj. Aliū ad multa ruris precipue medicamēta prodesse creditur.

Propugno.

Prospicio.

Prosum.

De littera. Q.

Quero.
Queror.

Vero illum: quero a te libro. Virg. Quem queritis adsuꝫ. q Teren. in heau. Suspitionē istā ex illis quere. ¶ Queror te tecū ꝛ tibi: pro apud te. Virg. in Buco. Dum queror et diuos. Naso meta. primo. Cum ioue visa queri. Iuuenalis satyra secūda: Nec quereris patri. Queror ex re vel de re multa. Tul. pro Sexto Roscio. Qui queri velit ex his quos constat affuisse.

Quiesco.

Briseis achilli: De dño pauca viroꝫ querar. ¶ Quiesco ego aliter dicitur ꝛ aliter quiesco seruum: id est quiescere facio. Virgilius in Bucco. Et mutata suos requierūt flumina cursus. ¶ Qui que qō relatiuū substantie ꝛ antecedenti ꝛ cōsequēti substantiuo coniungi potest: vel proprium vel appellatiuū sequatur. Quod Seruius aliter edocet: vt infra ostendam. Valerius Maximus lib. ij. Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat: qui hodie senatulum appellatur. Virg. lib. viij. Vinclucū ingētem quē Romulus acer asylum Retulit ꝛ gelida mōstrat sub rupe lupercal. Salust. Est locus in carcere quod tullianū appellatur. Pli. In coitu vero lune: quod interlunium vocant: quum apparere desierit tē. Cesar lib. vij. de bel. galli. Protinusqꝫ alesiam quod est oppidum Mandubiorū iter facere cepit. Et. lib. iij. de bel. ci. Ad eum locuꝫ que appellatur Pharsalia. Tullius pro Publio. Sextio Tū conuenticula hominū que postea ciuitates vocauerunt: tum domici

Qui que qō.

lia conſũcta quas vrbes dicimus. Et lib. vj. de repu. Noies enim ſunt hac lege generati: qui tuerentur illum globũ quẽ in hoc templo mediũ vides que terra dicitur: hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus que ſydera et ſtellas vocatis. Ser. aũt lib. j. ene. ibi. Eſt in ſeceſſu ẽ. inquit: Et eſt ſciẽdum quoties p̃mittimus nomen cuiuslibet generis et interpoſito noĩe ſequit nomen alterius generis: mediũ illud ꝓnomen propriũ noĩs genus ſeq̃tur vt Salu. Eſt locus in carcere quod tullianũ appellatur. Ecce proprio iunxit nõ appellatiuo. tullianũ enim proprium nomẽ eſt: carcer appellatiuũ. Si aũt vtraq; noia appellatiua fuerint: licenter cui volumus reſpõdemus: hec ille. Superiores autẽ auctoritates id ſecus eſſe demõſtrant: ergo ſequẽde.

De littera. R.

Receſſit mihi ꝛ a me dicit. Vir. li. ij. eñ. Quid furſ: aut quonam nri tibi cura receſſit. Aemiliꝰ probꝰ in vita Alcibiadis. Neq; tamen a charitate p̃me potuit recedere. ¶ Recipio me romã ꝛ ad romã: ad meos ꝛ in caſtra. Hyrciꝰ li. iiij. de bel. alex. Victor ſe brundiſiũ incolumi exercitu et claſſe recipit. Ibidem. Ex cõcione ſe cordubã recipit. Item lib. vj. de bel. hiſ. Et ad cordubam ſe recipit. Ibidem etiã ait. Proximo ſe recipit caſtello. Et li. v. de bel. aph. Se ad ſuos recipit. Ibidem. Se recipit in caſtra. ¶ Recordor hui⁹ rei: hãc rem: ꝛ de hac re. Cicero philip. ij. Recordare igitur illũ. M. Ant. diem quo dicaturã ſubſtuliſti. Idẽ pro Plancio. Quoniã iſtis noſtris lachrymis de illis recordor q̃s pro me ſepe ꝛ multũ profudiſti. Idem lib. of. ij. vbi docet nihil vtilius q̃ amari: recordor pro cõmemoro poſuit. ait enĩ. Externa libentius in tali re q̃ domeſtica recordor. quod etiã pro reminiſcor accipi poteſt. ¶ Redolet hac re ꝛ hãc rẽ. Virg. li. iiij. ge. Redolẽtq; thymo fragrantia mella. Vale. Flaccus lib. iij. Et arcano redolentem nectare rorem. ¶ Refert vtile eſt. Teren. in heau. Si certũ eſt tibi ſic facere: illud permagni referre arbitror. i. vtile eſſe. ¶ Refert diuerſo modo vtũtur auctores. Iuue. Quid refert dictis ignoſcat Nũcius an non: pro q̃d rum ſcu q̃d differũt. Terẽ. in eunu. Mea nihil refert dũ potiar modo. i. ego nil curo. et in Phor. Mihi parare lites: q̃d mea refert: illa quidẽ nra erit. Ibidẽ. Quid tua malũ id refert magni. i. quid tibi id malũ facit multũ. ¶ Regno datiuo iungitur. quãdoq; etiã genitiuo. Horati. Et que pauper aq̃ Daunus agreſtiũ regnauit ppl'orũ: tũ pro agreſtibus ppls. Vide tamẽ latius in dictõe miror. ¶ Reminiſcor illius ꝛ illũ. Teren. in heey. Sed quum orata eius reminiſcor. Virgi. Dulces reminiſcitur argos. ¶ Reſpice mihi me ꝛ ad me. Plau. in bac. Tace modo deus

Recedo.

Recipio.

Recordor.

Redolet.

Refert.

Regno.

Reminiſcor

Reſpicio.

secũdus respiciet nos aliqs. Et in cap. Respice modo ad me. Jtez in Eafina. Respice modo ad me. Acontius Cydippe. Respice ad

Respõdeo. uentus. per dtm parcius. Apule. li. iiij. Respicio pile medie q̃ stabuli trabes sustinebat. ¶ Respõdeo tibi hec vel ad hec. Teren. in and. Jaz tu hoc respõde mihi. Tul. pro. M. Le. Si mihi ad hec acute argutez respõderit. Mar. li. v. ait. Sic etiã magno quedã

Rogo. respõdere mũdo. Quod quidẽ si ita est cunctis in rebus: declinauit respõdo respondis: vt feruo feruis. t feruco feruis. ¶ Rogo te vel a te illud. Tullius. v. epi. Hoc te vehemẽter etiã atqz etiam rogo.. Et li. iij. ad memmiũ. Hunc a te illud primũ rogabo. Lucanus. li. ix. Affectus a te veteres vitamqz rogarem magne tuam. Salu. in iugur. Metello petẽdi cõsulatũ gra missionem rogat.

Rus'co tc. ¶ Rus eo dicim⁹: rure vel sum ruri. Venio rure vel de rure. Domi sum t in domo. Terẽ. in eunu. Dũ rus eo. Tibullus. lib. ij. O valeãt fruges: ne sint modo rure puelle. Terẽ. in pbor. Ruri sese continebat. Tulli⁹ pro Sexto Roscio. Hũc ruri esse patiebaꝫ. Suetoni⁹ in nerone. Rure quõdã reuertẽti. Teren. in hecyra. De rure huc aduenit. Fab. li. v. Jn domo furtũ factũ ab eo q̃ domi fuit.

De littera. S.

Sanus. Sapio. S Anus mentis t mente dicitur. Plautus in trinũmo. Satin tu san⁹ mẽtis aut animi tui. ¶ Sapio pro scio. Plau. in speu. Ego meã rem sapio. Dicitur quoqz absolute. Idez in penulo Dic bõ sapienter sapit. Quid. itẽ in remedijs. Qui sapit innumeris moribus aptus erit. Sapit item sapore habet. vt pasta panis sapit saccharo. Juue. saty. x. Qui meminit calide sapiat

Saturo. quid vulua popine. ¶ Saturo te illi⁹ rei t illa re. Plau. in sticcho. He res vite me soror saturant. Uar. li. ij. de re rustica. Dum agnoscant matrẽ agni t pabulo se saturãt. ¶ Sibilat t me sibilat dicit

Sibilo. Hora saty. Populus me sibilat at mihi plaudo. Jpe domi simul

Sileo. ac nũmos contemplor in arca. ¶ Silet iste bis quinos dies t bis quinis diebus dicitur. Ser. ij. en. vbi ait poeta. Bisquinos silet

Seruio. ille dies. ¶ Seruio seruitutez olim dicebant t seruiture. Fab. lib. vij. Aut vt antiqui dixerũt qui seruitutem seruit. Plau. autẽ ait in cap. Sed is priuatam seruitutem seruit: illis an publicam. Et

Similis. in milite. Neqz berile negocium plus curat: q̃z si non seruiture seruiat. Cl. in topicis. Suorũ maiorũ nemo seruitutem seruit. ¶ Similis sum tui moribus similis tibi figura. Diomedes. Helena item ad paridem. Similis nonfuit ille tui. Plaut. in mustel. Ut alij sibi esse illorum similes expetant. Uir. in Buc. Sic canibus

Soluo. catulos similes sic matribus hedos: Nota. Quandoqz tamen id minime auctores obseruãt: vt cetera huiusmodi. ¶ Soluo tibi nũj

mos nũc dicim⁹:olim vero actõ etiã iunxerunt.Plau.in bacchi. Cape hoc tibi aurũ chrysale fer filio. Ego ad forũ ibo: vt solũ militẽ. Teren.ite in adel.ait. Ego ad forũ ibo: vt hũc absoluã Ibidẽ. Nolem istũ impurissimũ q̃ primũ absoluitore..¶ Sonat Antonio campana vel ictu aut pulsu antonũ dices. Ouid.lib.ũ.de arte. Nec caua vesanis ictib⁹ era sonãt. Lu.in.vi. Crebris sonat ictib⁹ vmbo. Uir.li.iij.g. Cõcaua pulsu saxa sonãt. Dixit etiã li.i. Nec vox hoiem sonat:hoc est sonãdo exprimit. Itẽ Personat aurata cithara crinit⁹ iopas. Dices igit sono citharam:vel citharam me sonat. Lucanus li.vi. Ore iouis dona sonet. ¶ Sub ꝓpositio qñ tẽpus significat actõ gaudet:vt sub lucem.i.circa lucem. Quando autẽ locũ cũ ablatiuo iungitur:vt sub tegmine fagi. Sub tẽplo.i. in tẽplo:vt sub sole.i.in sole. S. Sub oculis quoq; dicimus pro ante oculos. Prisc.xviij. Sub actõ tunc iũgit quãdo aliquo nos trãsferimus:vt mõtem pergo. Cũ autẽ in ipso loco sum⁹ ablatiuo vtimur:vt sub monte moror. Diome. Sub qñ ad locum habet significationẽ vel pro ante vel pro per ponitur actõ iungitur. Uir. lib.ij. Posteq; sub ipsos nitũtur gradibus. Idẽ.i.g. At si nõ tulerit tellus fecũda sub ipm arcturũ.ec.iij.g. Sub lucem exportant calathis.pro ante lucem vel per lucem. Idẽ in cñ. Urit atros tuno et sub noctẽ cura recursat.pro per noctẽ. Quãdo aũt in loco significat ablatiuo ꝓponitur:vt Uir.viij. Arma sub aduersa posuere diãcia quercu. Idẽ in.vi. Ibant obscuri sola sub nocte per vmbrã Ibidem. Quale per incertam lunam sub luce maligna. Est iter in siluis. Omnes enĩ ꝓpositiones locales etiam in tẽporibus t reb⁹ similem habẽt constructionẽ. Quõ enĩ dico ad tẽplum:sic dico ad tẽpus:sub diem:sub iusticiã:sub hominem:t sub tẽplo:sub die tẽ

Sono.

Sub prepositio.

¶ Subeo muro:murum t ad murũ. Uirgi.viij. Iamq; ꝓpinquabant tectis muroq; subibant. Ibidem Nec inquit limina victor. Aleides subyt. Et libro.vi. Jam subeunt triuie lucos atq; aurea tecta. Et lib.viij. Ad tecta subibant pauperis euandri. ¶ Succingo: hanc rem t hac re. Uirgi.iiij. Magicas inuitam accingier artes. et lib.vij. Palla succincta cruenta. ¶ Sufficit vobis et ad vos satis est. Luc.li.ix. Sufficitq; omnibus vnda. Fab.li.i. Ad quas nec mens:ne corpus:nec dies ipe sufficiat. Idẽ in.v. Ad qõ sufficiunt interio ac ratio. Sufficitq; itẽ subministrat. Uir.ij.g. Sufficit humorem et.iij. Atq; aliã ex alia generando suffice prolem.i. substitue:inde suffectos consules dicimus. ¶ Supplico a sub et plico.et construitur cũ dto t acto:sed rarius cum acto. Uatinius ad Ci.lib.v.epi. Quibus ex eo tẽpore quo primum ex affrica nuncius venit supplicare vna cũ fratribus tuis:nõ desijsti. Idẽ.li.iij.

Subeo.

Succingor

Sufficio.

Supplico.

Scando. ad Here. Neqz et quẽ vides dñari vis supplicare. ¶ Scãdit recto
z tectũ. Manili⁹ li.iiij. Qõ queris de⁹ est conaris scandere celo.
Scribo. Virgi.ij. Scãdit fatalis machina muros. ¶ Scribo tibi z ad te.
Spargo. Tul.ep.li.v. Ad te scribere sum coact⁹. ¶ Spargit humũ nuib⁹.
Studeo. spargit humo niues. Luca.li.ij. Delachrymis sparsere deos. Et
lib.v. Jã sparserat humo bruma niues. ¶ Studeo huic rei in hac
re z in hãc rem qõ ptius pro incũbo. Studeo hãc rẽ pro volo seu
cupio. Plau.in mustel. Quũ his factis studet. Fab.li.vij. Abdica
tus medicine studuit. Belli.li.x.c.ij. Si qs in ea re studebat. Fab.
li.x. Poete z pictores in id solũ studẽt. vt describere tabulas men
suris ac lineis sciant. T.li.v.epi. Qui si nihil aliud studeat nisi id
Stupeo. qõ agit. Te.in heey. Ut oẽs mulieres eq̃ cadẽ studeãt: nolintqz oĩa
¶ Stupeo illõ z illo. Virg.ij. Pars stupet innuptre donũ exitiale
mineruc. Juue.sat.iiij. Nemo mag⁹ rhõbum stupuit. Luc.li.viij
Occursum stupuere ducis. Hermione Oresti. Sepe malis stupeo

De littera. T.

Tacco. Aceo hãc rem z de hac re. Terẽ.in heau. Qui me tacere de
Tempero. t hac re tãta postules. ¶ Tẽpero mihi dicendũ: Temperat
equor ait poeta. Plãcus ad tul.lib.x.epi. Sed vsqz mihi
tẽperaui dũ pducerẽ eo rẽ. Jbidẽ. Aut si in eo mihi tẽperauissem.
Suetoni⁹ in Caligula. Canendi ac saltãdi voluptate ita effereba
tur: vt ne publicis qdẽ spectaculis tẽperaret. Pli.lib.viij.epi. Sed
tẽperare mihi nõ possum. Maro.li.ij.enc.inqt. Tẽperat a lachrymis.
Teneo. Et apule lib.iiij. Tũc igitur abrosis: z quidẽ necessario tẽpe
raui. ¶ Teneo memoriter z memoria. primo modo pcius. Pli.ep.
Tenus ppo penultima serti li. Qui tã memoriter tenes oẽs. Ce.li.j. ô bel gal.
sitio Memoria teneret. ¶ Tenus ppositio ꝓter euphoniã subiicitur:
vt scribit Dona. vt pubetenus: crurũtenus. Tenus ablatiuo sin
gulari deseruit: vt hacten⁹: pubetenus. in plurali vero grõ z abla
tiuo seruire põt. Vir.li.iiij.ge. Et crurũtenus a mẽto palearia pẽ
dent. Ouí.v.meta. Pectoribusqz tenus molles ereptus in auras.
Jbidẽ. Pectoribusqz tenus media sublimis in ede. Cornelí⁹ Ce
lsus.li.j.ca.iij. Huic abunde est loco tepido demittere se inguibus
tenus in aquã calidam. Ouid. itẽ lib.vj. meta. ait. Per iugulum
pennis tenus acta sagitta est. Bel.lib.xvj.ca.xix. Jã significat sa
Tepeo. tis procul vbi tenus. ¶ Tepeo sole z a sole. Ouidius lib.iiij. meta
Timeo. Incubuit ferro quod adhuc a cede tepebat. ¶ Timeo illũ illi et de
illo. Primo modo vt inimicũ: secũdo vt am co: vltimo ad vtrũqz
attinet. Teren.in phor. Et nunc timeo. Et in heau. Syre tibi tir
mui valde. Tul.lib.vj.epi.ad Treba. Valde me hercule de te ti
mueram. Luc.li.viij. De superis ingrate times.

Thesaurus varie cõstructõis a Va.

De littera. U.

Uaco.

Vaco virtuti:in virtutẽ ⁊ ad virtutẽ per actiõ sept⁹. Ouid. in li. de ponto. In nullũ mea mens grãde vacabat opus. Et Noni⁹. Sõniculosus q̃ ad somnos vacet. Naso li. iij. de pon. Corporis ad cultũ vir vacat illa sui. Senec. epi. li. Nõ vaco ad istas ineptias. ¶ Uaco culpa ⁊ a culpa:scelere ⁊ a scelere. i. va

Uaco aliter.

cuus sum Tul. ad seru. Sul. Quia locus hoc dominatu vacat. Idẽ li. vij. epi. Sed tamẽ vacare culpa magnũ est solatiũ. Senec. epi. xcviij. Nulla eras vacauit a culpa. Lucanus etiã li. vij. ait. Ut vacet a ferro. Cum noĩe inquit Laurẽtius significante actionem quandã siue qualitatẽ adiũgimus a ꝓpositionẽ: vt vacas a labore: vacas a cõponendo: vacas ab agricultura. ¶ Uacu⁹ cerebri vel

Uacuus.

cerebro. Horat. li. ij. sermo. Sic vacuum cerebri ppl'm pheaca putauit. Salust. in Jug. Ager autẽ aridus ⁊ frugũ vacu⁹. Tul. of. j. Itaq; quũ sum⁹ necessarijs negocijs curisq; vacui ⁊c. ¶ Ualet do-

Ualet.

mus decẽ aurcolos. Uar. lib. j. de lingua latina. Denarijq; denos eris valebãt quinarijq; quinos. Pli. lib. xxxiij. ca. iij. Ita aut seruꝰ pulum valeret sestertijs vicenis. Ualet dom⁹ tanti q̃sti pluris minoris q̃sticũq; tantidẽ melius pciue vilius carius magno parvo minimo paulus. ff ad legẽ aqliam. Si seruũ meũ occidisti nõ affectionẽ existimãdam esse puto veluti si filiũ naturalem q̃s occiderit quẽ tu magno emptũ velles:sed quãti oĩb⁹ valeret. Et. l. j. §. si heres. ff. ad treb. Sed estimãdum fundum q̃sti valet. Ulpia. ff. de actio. empti. Pluris hereditas valeret. Ibidẽ. Quasi minimo valeret hereditas. Et. l. iulia. Quãto pluris hereditas valeret. vel dativus vel accusativus sequi debet: vt Ue populo maurꝰ ⁊ ve populum maurum. Laper auctor. Tu tamẽ dativo iunges vbiq; nõ cũ cum actõ inuenies. ¶ Uersus

Uersus.

supponi debet localibus nominibus: in accusativo sine ꝓpositione supponi debet: vt Romã versus. alijs vero nominibus in actõ cum ad: vel in supponatur. vt in Italiam versus: ad occidentem versus: ad oppidum versus: in provinciam versus. Quandoq; tamen vbium quoq; nominibus prepositio additur ab auctoribus: vt ad Cordubam versus. Et contra alijs sepe auferetur. vt italiam versus: orientem versus. De cunctis autem omnibus auctorum vsum aduertito. Et. li. ij. epi. ad curionem. Et te iam ex asia romam versus profectum esse constaret. Hircius lib. vj. de bel. hisp. Et ad Cordubam versus iter facere cepit. Ibidem. Legius ad Cordubam versus ꝑsecuti sũt. Li. epi. libro. iij. Italiam versus nauigaturus erat. Justi. libro. v. Si demissa pyrcum versus muri brachia dejicerent. Hyrci⁹ li. v. de bel. alex. ad oppi. Ruspinam versus. Cesar libro. vij. de bel.

gal. Castra et Biturigibus mouet in auernos versus Ibidez. Et magna coacta manu in prouinciam Narbonem versus eruptiõnem facere cõcendit. Idem li. vj. Ad oceanũ versus. Li. li. iij. epi. Tarso nonis Octobris amanum versus profecti sumus. amanꝰ autẽ mons est. Tacitus de Germania. Modico flexu in occidentem versus septẽtrionali oceano miscetur. Plin. li. ij. ad septẽtrionalem plagam versus. Et li. v. Ab his omnibꝰ vaste solitudines orientem versus vsqz Baramãres. His animaduersis debet versus supponi semper. Semel aũt. Var. li. j. de lingua latina dixit. Liuius proximus ad florales vsus versus capitolium vetus. Id quidẽ euphonie gratia fecisse apparet. Sed qõ admodũ raro contingit parum id obseruandũ censeo, vt phs ait. ¶ Uesco: hanc rem

Uesco:

et hac re parcius pactũ. Tibul. Uera cano sic vsqz sacras innoria laurꝰ Uescar et eternũ sit mihi virginitas. Manilꝰ. li. v. Teetiqz auro iam vescimur aurum. Uir. li. iij. Uiscribus miscroꝝ: et sanguine vescitur atro. ¶ Uestio te vestem et veste. Uir. li. viij. etiã ait.

Uestio.

Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuentus. ¶ Uiuo vitam et

Uiuo.

vita. Fabi. li. v. Qui beatã vitam viuere volet philosophetur oportet. Plau. in mi, Diu videor vita viuere. Idem in persa. Ut memineris dum vita viuas. ¶ Utile huic rei et hãc rem. Iuuc. saty. xiij.

Utilis vtile.

Si facis vt patrie sit idoneus vtilis agris. Plau. in epi. Quẽ bominem inuenimus ad eam rem vtilem. ¶ Uto: hac re et de hac re: hanc rẽ olim. Iuuc. Utere velis: totos pande sinus. Plau. in epi.

Uto:

Immo si placebit vtitor cõsilium, et in Asinaria Cetera que volumus vti greca mercanꝫ fide. Ter. in adel. Mea bona q̃ preter spẽ eucnere: vtantur sine. Ci. offi. De rebus ipsis vtere tuo iudicio: nihil enim impedit. ¶ Usqz si nominibus vtibiũ iũgitur vel domus: res et militia simplici actõ herescet: vt Ibitis vsqz Romã, vsqz vel litras: additur et ppositio raro tñ Tul. pro Deiota. Usqz ad numãtiam misit. Alia vero cum ad vel in: vt Ibimus vsqz in aphricam: vsqz ad Tybrim: vsqz ad Festũ. Tul. de laudibꝰ Magni. Usqz in

Usqz.

Pãphiliam. Ibidez. Legatũ vsqz in hyspaniã misit. Usqz signat etiã tẽpus: vt Usqz ad diem solis tecum ero. Significat iteni semper et continue. Tibul. Uera cano sic vsqz ad sacras innoria laurꝰ Uescar: et eternũ sit mihi ỹginitas. Plau. in stich, Ualuistin vsqz.

Antonij Mancinelli Ueliterni thesaurus de varia constructione finit feliciter.
Amen

Spica voluminum quattuor

Antoni⁹ illūinatus de mōte nouo Antonio Mancinello S.p.

Alue mi Mācinelle Accepi

lras q̄s ad me Balthesari cōmuni discipulo dederas: cū opusculis tuis: corpe q̄dez paruis: at puris z latini monis copia immēsis. Etenim ceteris tpis angustia omissis Spicā pcurri q̄ mihi frugifera visa est: vt nihil hactenus ad puerop erudition̄ (absit ois liuor) cōpendiosi⁹ ac vtili⁹ edirū itucar. Nihil nāq; mācū aut prauū: sed oīa dertima z rectissima sapit. Abeat ia barbar⁹ Alexāder: et barbarā cū sua barbarie re/ petat patriā. Et ve roman⁹ ac elegās Mācinellus vbiq; vigeat z decantet. Gratulor ingenio tuo pspicacissimo: q̄ latinus sermo illustrat. Gaudeo mihi z ceteris grāmatices pfessorib⁹ q̄ sine la bore z fastidio: tua industria in tradēdis artis grāmatice erudi/ mētis pficere poterim⁹. Ago tibi grās imortales q; pium² nō mo do lras visitare: vel munera z q̄dez rege digna impartiri dignat⁹ es. Quib⁹ reb⁹ tārus in me excitat⁹ est amor te vidēdi: vt i horas ardeā te puenire. Et nisi publicū me ipediret mun⁹: iāiam ad te aduolassem: vt pūcia nra hec nre amicitie pmordia pfirmarem⁹. Inkea vale: z Antoni antoniū ama: q̄ te oi officio z pietate colit. Et si q̄d tibi gratū efficere queā iube; obsecro: nihil eni mihi gra/ ti⁹ cueire pōt q̄ tuis z alioq; doctoq; iussis obsequi z parere. Iterū vale dec⁹ meū. Ex mōte nouo. x. Kalēn. sextiles. M.cccc.lxxxxj.

Antonij Mancinelli Ueliterni Spica ad inclytum sa/ pientemq; virum Jacobum Sutrinum vtriusq; iuris doctorem eximiū episcopūq; Calacensem liberalissimū

Epius e nostris voluere penatibus ire
Que mihi iampridem musa benigna dedit.
Ne tamen in preceps ruerent: ne forte subirent
Exitium: nulli ducta per ora virum.
Continui retroq; domum remeare coegi
Addūtiens alīs non vigilata viris.
Cui demum venerande pater: cui tradere posset
Turius: id pueri me monuere tui.
Germano erorti: quorum tibi cura philippus
Tullius alter erat: quis decor omnis inest.
Ingenium facile: et cunctis vt cerno paratum
Unde domus crescet fama: salusq; tue.
Crescet enim: nam exempla tenent dignissime presul
Multa tui ante oculos: dum pietate vigeo.
Justicia: canaq; fide: probitate vel omni

Spica voluminum quattuor

Dum scelus omne fugas: cuncta probantia tenes.
Sanctior hinc fabio: Curio quoq; siue metello
Gratior: et cunctis quotquot in orbe vigent.
Ergo patrocinium nostri iam sume libelli
Dignior meritis fuero tempus in omne tuus.
Scripsimus hec pueris: cura: assiduoq; labore
Plenior hinc Spica est: pinguis arista simul. Vale.

Tituli declinationis.

Prima declinatio. Titulo. j.
Secunda declinatio. Titulo. ij.
Tertia declinatio. Titulo. iij.
Quarta declinatio. Titulo. iiij.
Quinta declinatio. Titulo. v.
Patronymicorum formatio. Titulo. vj.
Patronymicorum declinatio: Titulo. vij.
In Egreca. Titulo. viij.
Octo noia que secrant scom modū pnominū. Titulo. ix.
Carentia vocatiuis. Titulo. x.
Composita e duobus rectis. Titulo. xj.
Composita ex recto t obliquo: Titulo. xij.
Composita e duobus obliquis. Titulo. xiij.
Carentia casu t numero. Titulo. xiiij.
Que penitus carent singulari vel plurali. Titulo. xv.
Masculina singularia. Titulo. xvj.
Femminea singularia. Titulo. xvij.
Neutra singularia. Titulo. xviij.
Masculina pluralia. Titulo. xix.
Femminina pluralia. Titulo. xx.
Neutra pluralia. Titulo. xxj.
Masculina in singulari in plurali neutra: Titulo. xxij.
Femminina in singulari in plurali neutra. Titulo. xxiij.
Neutra ī singl'ari: ī pl'ali masculina t neutra: Titulo. xxii.
Neutra in singulari: in pl'ali femminina. Titulo. xxv.
Diuersi recti in eodem genere. Titulo xxvj.
Duplicis noīs declinationis. Titulo. xxvij.
Quis t Qui deducta. Titulo. xxviij.
Composita pronomina. Titulo. xxix.

Spica libellus voluminum quattuor hec habet
Carmen declinationis. De generi/
bus. De preteritis t de Supinis.

Spica declinationis prime

Prima declinatio. Ti.j.

Prima genus tantū poscit variatio tripler
Masculeum mulicbre simul commune tenero.
Sumita:post as es:aut am variatio prima
Aegina eneas anchises monstrat t adam.

De Genitiuo t Datiuo.

Ae genitiuis habet diptongon siue datiuis
Aulai veteres musai t more pelasgum.
Pro muse ac aule dixerunt sepe latini.

De accusatiuo.

Quartus in am finit:musam do tet atqz poetam
Si dat a grecorum proprii mulicbre:creabit
Am vel in an quartum de tristibus indicat illud
Qui legis electran t egentem mentis orestem.
Maian t electran fastorū portio quarta
Statius enarrat patrijs eginan ab vndis.
Nomen in as grecum vel in es quod prima refleccte
Nportius M p̄ proprio vult tradere quarto.
Indicat enean anchisen priamidemqz
Eneam tamen inuenies plerūqz latine.
Anchises quarto dabit en:quinto e quoqz sexto
Sic quoqz laertes t achates siue polites.
Anchisa hic olim variarunt nempe latini.Fab.
Coniugio anchisa veneris dignate superbo
Anchisa generate deum certissima proles.
Uergilius dixit veteres sectando latinos.

De Uocatiuo.

Prime vel terne quarte quoqz noīa quinte
Ausonidum recto similem dic tradere quintum.
O tamen enea tamen anchise vocitabis.

De Ablatiuo.

Ablatiuus in a.sed in e cū venit ab es sit
Aegina enea anchise bene testificantur.

De Nominatiuo t vocatiuo plurali.

Plurali numero rectus vel quintus in ae sunt.
Indicat hec muse vel terne dardanide ve

De Genitiuo plurali.

Sed genitiuus habet musarū siue dearum:
Dic hec dardanida in genitiuis dum dat t arum.

Typica declinationis secũde.

Sic etiam flectas cu nomina compositiua
Derivatiua simul cum patronymica per des.
Celicola ostendit variando celicolarum
Celicolũq; simul dic graiugenũ quoq; narum.
Priamidũ simul inuenies t priamidarũ.

De Dativo t Ablativo plurali.

Tertius t sextus plurales concipiunt is.
Filia cum nata libertaq; vel dea mula.
Sic equa sic asina: in plurali terminat abus:
Valla asinabus enim prohibet: reliqui docuere
Sed testamenti causa esse id sergius inquit
Quod tribuant abus plurali nomina dicta.
Nempe animis Cicero voluit proferre duabus
Uxori t nate scribendo vt valla notauit.
Curtius ac scribens de vxore nuruq; philippi
Non dominabus ait dominis verũtamen vsq;

De accusativo plurali.

As quarto dabitur: musas dicendo patebit.

In Am barbara.

Adam vult rectus: de tertius atq; secũdus
Dam reliqui poscunt: vel dic dam semper habere.

Secũda declinatio Ti.ij.

Rimum femineum neutrũ genus adde secunde.
p Er vel ir vrq; refert: cuius simul umq; secunda
Indicat hic teucer vir vel satur orpheus atq;
Pactolus templum.
Longum genitiuus habet cum flecto secundam.
Tertius t sextus dant o: quartus tamen um fert
Er vel ir urq; tenens autum romane secunda
Nempe vocatiuũ recto similem generabit.
Teucer virq; satur vel templum pandit abunde
Nomen at us retinens infra variabitur apte.

In Er.

Prosper eri generat: tener ac teneri variabit
Armifer armiferi: sic armiger armigeri dat.
Liber eri bachus: vel qui non seruus habetur.
Nempe liber libri carthe est: vel in arbore cortex
Trade puer pueri: socer t soceri genitiuo.
Nic cancer cancri: cancer nam canceris hoc vult
Apri gignit aper: coluber colubri retinebit.

Typica declinatõs secũde

Dexter cri t dextri patrium variare debemus
Alter ad alterius: sed vter variabit vtrius.
Neuter neutra quidem neutra ne vtrius habebit
Quod neutri neutre neutri quoq; flectere possum.

Nominatiuus et vocatiuus plurales.

Ectus vel quintus pluraliter i retinebunt.
Masculei generis vel sint muliebris
Utroq; in numero neutralia tris similes dant.
Greculus id seruat seruat simul ipse Latinus

De Genitiuo plurali:

Plurali numero genitiuus finit in orum
Mascula si careant neutro: genitiuus in orum
Umq; est: sic nummus nummorũ dat quoq; nummũ
Uergilius vero (licet autem varibus) inquit
In nono Teucrum mirantur inertia corda.
Mille feras nummũ nummorum mille cauero
Umq; triumuir habet genitiuus: pelle virorum.
De quo varronem quinto iam cerne libello
Mille docet nummũ neutrum macrobius esse
In numero primo: plurali milia nummum.

De Datiuo et ablatiuo plurali.

Is ablatiuus longum perit atq; datiuus.

De accusatiuo plurali.

Os retinet quartus: neutralia tris similes dant.

In ir.

Uirq; viri generat plurale virumq; virorum.
Compositiua tamen leuir docet atq; triumuir
Nempe virum capiunt solum: pellendo virorum.

In Ur.

Rite Satur patrio saturi concedere debet.

In Us.

Hoc pelagus pelagi vulgus quoq; dat tibi vulgi.
Tam neutro generi vulgus q̃ iunge marino
Hec duo plurali semper caruisse notarunt.
At cicero pelagis libro de finibus inquit
Um vel on est quarti cum mascula greca per us sunt.
Pactolum priamum pactalon vel priamon dic

In us vel in ius.

Nomen in us vel ius dat e cunctis nempe vocatis
Lucanus lucane docet: pius t pie reddens.
Si proprium dat ius recto dabit i vocanti

Spica declinationis secũde.

Julius o iuli Mariusq; mari docet illud.

In ius.

Accipe pompei quarto nasonis habetur.
Ast aliqui pompei dicunt: vulteiq; caiq;
Durus ait vultei nimis attentusq; videris: Hor.
Quod debes cai redde inquit phebus t illinc. Mar.

Vocatiui anomali.

O deus o lucus vocita: Sed filius olim
Filie nunc fili: populus selus ac vocitabit.
Fert pelagus vulgus fluuius chorus agnus e vel us
Attica lingua solet pro quinto ponere rectum.
Propterea nostri variant ita sepe latini. Pri.
Ordinibus cunctis: qõ Seruius edocet olim
Quintus erat similis recto: chorus indicat illud.

Domus.

Hec domus in recto: mus atq; domi genitiuo
Huic domui: quartoq; domũ: domus o vocitando.
Aq; domo sextus: Mus hac pluralia sumunt
At genitiuus erit dupler domũq; domorum.
His domibus quartoq; domos: o vocatiuis
A domibus tantum.

In Um.

Si dabit on grecum nomen neutrale latinis
Certe on vertit in um: sic ilion ilium habebit.
Ilios hec etiam reperitur sepe legenti
Jugerum thoc flectit variatio sola secunda.
In numero primo dumtaxat iugeris autem
Tertia declinat vel iugere: non tamen vltra.
Sed totum plurale dabit tibi tertius ordo
Ultima pars mele pomponi iugeris effert.
Predator cupit immensos obsidere campos
Ut multo innumeram iugere pascat ouem. Tibul.
Plynius in decimonono quoq; iugere dixit.

In Eus.

Eus retinens nomen grecor dicitur esse
Tydeus in recto: Genitiuus ei vel eos dat.
Tydeo vel tydi poterit variare datiuus
Accusatiuus dat tydea tydeon umq;.
Tydeu clamabis: tertus capite o variando
Orpheus hoc pacto vel perseus iure mouemus.
Tydeon est quarti: quum rectus tydeos effert

Spica declinatõis tertie

Noze quidem greco vel eus dissyllaba nostro.
Orpheon esse rare Nasoni hinc fertur in ibim
Androgeus quod sumit eus dissyllabon: haud dat
Tydeus: aut quando dipthongus terminat istud
Tydeo nec dicas huius: velut androgo fert.
In sexto varies: alia est variatio quippe
Quod tibi demonstrat flectendi summula rite.
Androgei patrius sive androgeo retinebit.
Tydeos hic autem si dices: Tydeo formar.

Tertia declinatio. Ti.iij.

Ertia quippe genus variatio continet omne
Pluribus ipa modis finiturin ordine dicam.
Is genitiuus habet correptum: longat at hec vis
Tertius i retinet. Quartus sed in em vel in im fit.
Est recto similis quintus flectendo latina
I vel e sextus habet.
Utroqz in numero neutralia tris similes dant
Plurali rectus quartus vel quintus in es sunt.
Sed neutrale genus dat a: pectora fortia pandunt
Um vel ium genitiuus habet: bus tertius effert.

In. A.

Rectus a quum capiet: neutrum die esse pelasgon
Doqz poema tibi: do Syrma Torcumaqz testes.
Tos vel tis iuncta facient tamen hec genitiuum
Syrmatos hoc syrmatid vel syrmatis indicat huius.
Poscit a si neutrum: plurali tis tibus infert
Ergo syrmatibus vel tis formare valebit.
Tes autem variare potes: quondam quia Syrma
Syrme dixerunt hoc syrmaqz tum quoqz prisci.
Plurali numero die saturnalia flecti
Sed genitiuus ium retinet: vel finit in orum:
Tertius ac sextus dant saturnalibus ambo
Orgia sic flectas z vulcanalia: sic z
Nomina festorum pluralia cuncta dierum
Bacchanal facit is profert in milite plautus.

In. E.

Quod dat e correptum neutrale: per i variabit
Sertum: nasonis fastorum musa refert e
Lur tibi pro lycis clauduntur rete leenis
Imbelles caprec: sollicitusqz lepus.

Spica declinationis tertie.

Tranquillus sexto rete aurato quoq; dixit.
De mare nasonis dixerunt Tristia quinto
Grāmaticus summus docuit: veteres e dedisse
Casibus in sextis: per neutrū quum variabant
Hoc mare plurali debet tris sumere casus
Cesar ait quinto: quum gallica bella notauit
Utimur in reliquis maribus
Cepe tenet rectum: quartū quintū quoq; tantum
Cepa hec femineum cepe hec pluraliter efert.
Hausape nō variant vocem presepe ve neutra
Nec prenestе: tamen prenestis femineum sit:
Hausapa plurali: vel tu presepia trape
Hec presepis item plauti Cassina docebit
Terna petit Soracte quidem: nam tis generabit
A soracte facit: quinto nam Silius effert
Amplustre hoc dicunt: aut hoc amplustre pocte

In. I.

I sexto dabitur: plurali amplustria dicas
Gummi hoc haut vnq; flectent siue sinapi:
Protulit at plautus teritur scelerata sinapis. in. pl.
Et columella refert flerus facrura sinapis:
Qualis et est gummis terno in decimo tulit idem
Sunt frugi t nihili nauci: vel mancipi: vt aiūt.
Obliqui: cunctis iunguntur casibus apte
Nempe figurate: generi iunguntur t omni
Omne genus querit compostum per genitiuos
Istius istq; modi cuiusmodi pandere possunt
Bini compositi genitiui non variantur.

In. y.

Grecula in y greco reperimus nomina q̄nedam
Moly Acpi aut dory hoc casus que tris retinebunt.

In. O. latina.

Cardinis hic cardo sed apollinis edit apollo
Ast hominis dat homo vult neminis edere nemo.
Hic hec nemo caret plurali cum vocitante.
Turbinis hic turbo pro vento: Nam gladiator
Turbonis variat: Margo vult marginis huius.
Nempe cupido solet variare cupidinis apte
Alcedo profert alcedinis in genitiuo
Virginis at virgo caponis caupo creabit
Junonis iuno carbo carbonis habebit.

Spica declinationis tertie.

Compago semper compaginis edere debet
Ambago hec etiã profert ambaginis vsqz.
Compages compagis habet ambages t huius
Ambages flectit: late probat omnia summa.
Hic anio profert anienis: quippe anionis
Ennius at dixit.
Hic anien primo siluarum protulit auctor.
Quas preceps anien dicens veteres imitando.
Hec caro dat carnis genitiuo: namqz vetusti
Hec etiam carnis recto variare solebant.

Genitiui in ium quando fiunt.

Vult genitiuus ium pluralis sepius ipe:
Quum principali recto fit par genitiuus
Sicqz caro carnis concedit ium generanti.
Sic etiam collis preter panum sobolumqz
Quis iuuenum frugum ve canũ strigilũ quoqz iunge.
Fert sedes sedum vel ium: vatum vel ium dic.
Sic mensis cedesqz simul duplicare memento
Nomina quum reddunt i sexto: aut i vel e iuncta
Vult genitiuus ium: calcar ve cubile docebit.
Sed quandoqz tamen fit syncopa: nomina reddunt
I vel e cum sextis: sapientum ve siue legentum.
Comparatiua quidẽ dant rum: nam dico minorum
Sed plus formatium: vetus at veterum generabit
Dat vigil t vigilum: pugilum pugil edere debent.
Vult memorũqz memor quamq̃ debent vel e sexto.

In O longum greca.

Nomen in o longum grecoz (fert diomedes)
Per casus omnis variatur more pelasgum
Exemplum capies dido hec sapho vel calypso.
Tris autẽ casus grecoz sumimus apte.
Hec dido didus huius dido hanc manifestat
A didoqz etiam poterit variare latinus.
Plinius a sapho sed enim dixisse notatur. li. xxq̃.
Sapho saphonis quondam dixere latini
Et fabius meminit nec dicere velle libenter
Ipse calipsonis: Cesar quod dixerat olim
Nempe calipsonis quinto Macrobius effert
Didonis sexto. Didonis primo sequatur
Et primam: Cani ludens fert Musa Maronis
Protulit ioui plauti comedia terna.

Spica declinationis tertie

In Ac in Ec.

Lac lactis profert: halecis nempe dat halec
Plurale effugiunt: lacte hoc dixere vetusti.

In Id.

Grāmaticus docuit dauid esse immobile semper.

In Ud.

Rex bogud hic bogudis Mauro:um dicitur esse.

In Al.

Hoc animal profert animalis: cetera iunge
Uectigal veluti vectigalis generando.
Al neutrum sexto dabit i: nam dico animali
Hanibal hic format tamen hanibalis genitiuū
Hanibale in sexto: sic al dans omne marinū.

In El.

Hic Daniel danielis habet: Gabriel gabrielis
Mel: mellis: melli: mel: mel: a melle reposcit.
Hec mella: hec mella: z mella o plurale tenebit
Fel fellis varians: totum plurale creabit.

In Il.

Hoc nil siue nihil: nullo in casu variantur
Fert pugil atqz vigil: pugilis: vigilis genitiuo
A pugile t pugili. Uigile t vigili variato
Plurali numero pugilum vigilum tamen ede.

In Ol.

Sol: solis. soli solem sol: sole: reflectit.
Sepius inueni soles t solibus ipse.

In Ul.

Consulis: hic consul: presul vult presulis huius.

In Am. in Em.

Hic hec hoc nequam certe non est variandum
Hoc t tantundem genitiuo tantidem effert
Accusatiuo tantundem. Cetera desunt.
Non sextum totidem plurali dat genus omne.

In Im.

Cim vici hoc nomen nunqz variabile fiet.

In An.

Hic titan titanis habet titanos t huius
Dic huic titani: tiranaqz quartus amabit
O titan sextus titane a sumere debet.
Hoc quoqz plurali totum variabitur apte.
Sic quoqz declina pean t masculа greca

Epica declinatõis tertie

An dant in recto quotiẽs quod pan manifestat.
Primo oratoris peanem Tullius inquit.

In En.

En dans productum vel grecum siue latinũ est
Hic splen ostendit splenis: Ren renis t huius
Hec syren syrenis habet syrenos t huius
En breue quc retinent: certe sunt cuncta latina
Cornicen hic pandit tibi cornicinis variando.
Flaminis hic flamen: vel numinis hoc quoq; numen.

In In.

Delphin delphinos delphinis dat genitiuo
Huic t delphini: quartus delphina tenebit
O delphin: sextus delphine ab. Tertia poscit
Pluralem numerũ: delphinas quartus habebo.
Delphin: delphinus: delphis quoq; dicitur apte.
Nam quotiens rectus tenet in: tenet is quoq; longũ
Sic ar in proprium: tenet aris: sic t Eleusin: Pri:

In On.

Nempe Sinon proprium debet generare sinonis
Haud aliterq; Simon debet variare simonis
Flaccus enim dixit rationẽ carminis edens
Pyrrhias emuncto lucrata simone talentum
Sarpedon in recto est sarpedontis in genitiuo
Sarpedon longum sarpedonis cuariabit. S.
Laocoon flectit genitiuum laocoontis
Sicq; leon proprium debet generare leontis
Hecin o flexerunt romana vt nomina quondam
Statius hic primo de thebis attulit illud
Conclamant danai: stimulatcq; Agamenno volentes.

In Ar.

Ar neutri generis si deriuetur: habebit
Casibus obliquis a longum: Exempla teneto
A laqueo laquear laquearis: sicq; lupanar
Vox neutra ar retinens: t longãs ante supremã
Format in i sextum: pandit laquear laqueari.
Far tamen excipitur: varians a farre supremũ
Nectaris hoc nectar generans: a nectare format.
Par paris omne tenens: sexto pare siue pari dat
Vult epar hoc epatis: Naris nar flumen habebo.
Lar laris est diuus; lar lartis at induperator
Est vicentorum.

Spica declinationis tertie.

In Er.

Imbris habens imber: sexto dabit imbre vel imbri.
Mulciber et imber componi legimus ipsi
Mulciber hic variat genitiuum mulciberis vel
Mulabris: eius enim simplex secrabile apte. Pri.
Nic hec puber enim: dat puberis in genitiuo
Jpetit in sexto September siue Nouember.
October ve: December item: que nomina mensum
Carceris hic carcer: mulier mulieris habebit.
Arbor acer profert aceris tantūmodo semper
Aggeris hic agger genitiuo tradere debet.
Nic celer: hec celeris dans hoc celere: a celeri vult
Mediocer sic t mediocris: vel mediocre.
Sic t equester erit ve pedester: siue palustet
Et volucer celeberq; alacer saluber: t acer.
Campester: siluester item quibus adde sequester
Femineum cuius phoeas vult esse sequestra.
Undecimo vates nam dixit pace sequestra
Grāmaticus meminit plautum fecisse secūdi.
Ordinis id nomen: cum fert fugiouc sequestrū
Js vel in er nomen finitum: dat genitiuos.
Sicut in er tārum: sibi scilicet is capiendo
Indicat hic puluis vel puluer: puluetis huius.
Nic ciner atq; cinis cineris solūmodo reddens
Sic vomis vomer genitiuum vomeris effert.
Nic cucumer dat eris. cucumis tamen hic cucumis dat
Aetheris hic eher dabit etherem t ethera quarto.
Sic aer variat: plurali ambo caruerunt
Hoc iter inflexum dat itineris in genitiuo.
Jupiter huius habet iouis: olim iuppitris atq;
Juppiteris: recto iouis attribuere vetusti.
Marspitris Accipitris dant marspiter accipiterue
Crater crateris crateros t huius habebit
Craterem quartus craterque terminat vsq;
Casibus in reliquis poterit iam flectere quisq;
Sic pantherq; staterq; character tu variabis
Uer veris veri ver verq; a vere tenebit.
Sic cicer hoc ciceris: plurali ambo caruerunt
Uerberis atq; beri solumq; a verbere dicas
Uerbera plurali declinat tertius ordo.

Quare hic crater t hec cratera.

Spica declinatõis tertie.

Sepius e greco rectum fecere latinum
Pelignus dixit:caliturasq3 ignibus aras
In decimo terno:pateo passurus habebit.
Nec quoq3 deficiũt in rus prop:ijsq3 supinis
Ambigo:scando luo sterto vel stridco strido.
Psallo mico rudo pedo:tum parco peperci
Et conquiniscor vel obedio dego pauetq3
Luceo tum sisto:farago scabo malo volo ve
Ac nolo:et gliscor crescor pluit estuo vergo
Mando:simul sorbo cum sorbeo.Plinius ipse
Inueniẽdi auri titulo sed parcitum inquit
Ult participio phocas caruisse futuri
Sitio seuo fluo serit algeo.Plinius autem
Sepe saturus ait:mando mansus retinebit
Nanq3 cibos mansos Fabiũ dixisse notaui.in.r.
In plauto meminens legitur:tamen effuge lector
Accepi ceptus cepturus ipse relegi
Tranquilli quarto decimo quoq3 Quintiliani.
Osurus cicero fatur dum lelius inquit
Exosus ve perosus ait Plautus tulit osus.in.i.
Anoui est notus
Liquor vel medeor:licor:vescor:reminiscor
Fert liquens ve medeus ve licens vescens:reminiscens.
Dat reor:ipe ratus Diomedes:non tamen vltra
Nempe fruor fruitus vel fructus sum variabit
Sed fruiturus habet:fructurus nemo notauit.
Fretus confisus fertur:sic dicito nomen.
Threicia fretus cithara fidibusq3 canoris.Uerg.
Inuenies tu nempe frucns ciceronia querens.in.n.d.
Nascor:dat nascens natum quoq3:dic oriturus
Ac oriens ortus moriens tuus t moriturus

Versilogus Mancinelli.

A nascor phocas rus scribit non reperiri.
A participium neutris generato futuri
Presentisq; etiam:staturus stans quoq; pandit.
Inuenies que tu neutralia preteritorum
Dant participium:veluti pransus placituſq;
Nupta ve cenatus:pateo passus simul adde
Assuesco assuetus:nomen tamen esse putarunt.
A titubo titubatus erit:poto quoq; potus
Actiue potus passiue t sumitur apte.
Sic etiam formant neutropassiua:docebit
Gaudeo gauisus. Soleo solitus:simul ausus
Audeo:sic fido nam fisus preteritabit.
Fio quidem factum solum retinere docemus
Quod tibi demonstrat melior donatus abunde.
Predictis careant impersonalia cuncta
Ut puder atq; piget:tedet:licet ac libet:t si
Fert puditum plautus:pigitū quoq; syllius inquit. vij.
Nec pigitum paruosq; lares humilesq; subire
Pertesus pertedet habet:suet onius ipse
Ignauiam pertesus ait de cesare narrans
Peniq; tens regimen nostrum verbale docebit
Naso ait t vultus sine rusticitate pudentes
Nec gener est nobis ille pudendus ait.
Poscis ab inuita verba pigenda lyra. prope
Hec tamen aduertas potius tu nomina dici.

Mancinelli Veliterni versilogus.

Antonius Mancinellus inclyto adolescēti Joanni michaeli de bonis augurijs:clarissimi viri Dominici filio Urbani quidem gymnasij doctoris summi. S.P.D.

Vgur romulidas inter

a celebrande michael.
Laudib⁹ innumeris:spes decus aura meis
Calliope te nostra petit:chorus ipe sororū
Consequitur:phebo percutiente lyram.
Vas tu suscipiens:lauro redimitus ad altam
Parnasi cyrphin illico ductus eris
Vic sacrum nectar libans dicere poeta.
Ascrei calamos calliopeia dabit.

Versilogus Mancinelli.

Vis igitur poteris clari memoranda parentis
Plurima victuris tradere carminibus.
At quia permagna est genitori copia laudum
Deficient vires promere cuncta tibi.
Quid refert iacobus adest marcellus & alter.
Est bernardinus gloria romulidum.
Cantabunt igitur versu quecūq; decoro
Promere voluerit calliopeia tibi.

Mancinelli veliterni Versilogus.

Exametrū pedibus senis deducere carmen
b Thespiades monuere dee pia numina varum
Heroum quintus: spondeū sextus habeto
Communes reliquis debent vtriq; reponi
Dactylus e longa fiet breuibusq; duabus.
Martius ostendit: vel carmina nempe latinis
Spondeum faciet dissyllaba dictio longa.
Multi vel currunt amens ve exempla tenento.
Ultima cuiusq; est cōmunis syllaba versus
Pentametri dabitur primis romane duobus
Spondeus duplex duplex vel dactylus aut sint
Alterni: post hos bene syllaba longa sequetur.
Inuenies quādoq; breuē tu plura legendo
Dactylus ille duplex post vnica syllaba detur
Temporis vnius correpta est syllaba semper
Longa duum: nono fabij precepta notarunt.
In pede sic quinto spondeus sepe locatur.
Dactylus equalis spondeo in tempore nam sit.
Cornua velatarum obuertimus antennarum
Tertius eneidos meminit.
Inter vocales i duplex consona fiet.
Maioces meio vel meij pandit abunde
Syllaba detur ei duplex: hei syllaba sola.
Uniusq; etiam cui dicas: huic quoq; iunge.
Ille cui: patuere cui albinus tñ inquit. Pris. vij
Letus huic dono videas dare thura nepotes.
Falsus huic pennas: syluarū protulit auctor.
Accipe pompei quarto nasonis habetur.
Ast aliqui pompei dicunt: vultei quoq; caiq;
Durus ait vultei nimis attentusq; videris: hor. vij. ep.
Caius a prima tremebundus luce salutat. Mar. ix.
Quod debes cai redde inquit phebus & illic, Mar. ix.

Versilogus Vancinelli.

I simul u iuncte vocali consone habentur
Continuo veruntamen vnica syllaba fiet.
Ut ianus iuno vinum vaccinia vellus.
U post g seu q vocali nempe sequente
Uim perdit iam lingua docet iam pandit iniquus.
Euanescit item dicendo suesco ve suetus.
Dicendo t suauis persuadeo siue ferendo.
Quod tu id maluisti lucilius edidit ipse. Tul.
Statius at dixit quos fors inopina suasit. Th.i.
Flaccus item scribit: furesq3 fereq3 suete. Hor.i.ser.
Consona vocalis facta in persoluenda
Nunc quoq3 te saluo persoluenda mihi. Nas.ep.vi.
Ex ŭdem ac ŭsdem vocalis tollitur vna.
Seu potius binas vocales verus in vnam.
I simul atq3 ŭs tu monosyllaba dicere debes.
Dŭ quoq3 dŭsq3 simul tollctur littera prima.
Semianimus lector semiustus semihominisue.
I perdunt quotiens scandendo diuido carmen
E de hinc amittit: sic deinceps: ee quoq3 perdunt.
O q3 proinde suŭ dimittere debet vbiq3
E decrat perdit: deest perdere vult simul illud
Cogitat vt speciosa dehinc miracula promat
Flaccus in arte tulit: sunimus fert ipe poeta
Uix ea dicta dehinc progressus monstrat t arā. in. viij.
Fracta dehinc cunctis auersaq3 pectora bello. The. viij.
E quoq3 sepe fugit vocali post subeunte.
Uergilius profert aluearia vimine texta. in iiij.g.
Nec tantum rhodope miratur t ismarus orpbea. in.b.
Ferreiq3 cumenidum thalami t discordia demens. vj.
Iam validam ilionei nauem iam fortis acbate. Uir.j.
Laucaseasq3 refert volucres furtumq3 prometbei. in.b.
Ilionei quidam veruntamen atq3 prometbei.
Scribendum monuere syneresin efficiendo.
Ecthlipsis necat m: vocalem aufert synalepba
Multum ille t terris fuerat iactatus t alto.
Terminat m nomen quotiens vocalis t illud
Consequitur prima est vocalis t m remouenda.
Dictio precedens vocalem post retinendo
Illam dimittit vocali quippe sequente.
Id tamen haud semper possunt seruare poete.
Insyle ionio in magno fert musa maronis. in.iij.

Versilogus Mancinelli.

Victor apud rapidum simoenta sub ilio alto
Et vera incessu patuit dea: ille vbi matrem. in. j. Aen.
Ter sunt conati imponere pelio ossam. i. g.
Et longum formose vale vale inquit iola: in. b.
Clamarent vt litus byla byla omne sonaret. in. b.
Credimus an qui amant ipi sibi somnia fingunt. in. b.
Egerat a stabulis o erythee tuis. Prop. iij.
Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra. Vir. ix.
Nomen t arma locum seruant: te amice nequiui.
Saltem laudemus dūmodo ipse egeat. Cat.
Bellorum pompam animā exhalasset opimā. Ju. sat. x.
Insignita forent tum milia militum octo. En.
Et formā contra positarū imagine coni. Pris:
Viuendum est recte: propter plurima tū bis. Ju. sat. x.
  Ast aliqui tum ys scripsere i consona quo sit
S cum vocali sibi iuncta alīquādo mouetur.
Aut ouium fetus aut vrentes cūcta capelle. Vir. ij. g.
Inter se coīsse viros t decernere ferro. in. xij.
Aut seneca octauo vult esse t cernere ferro.
Dispositus prediues bais vigilare cohortē. Ju. sat. x.
  S quoq; sola perit: te nanq; exempla docebunt
Arboribus veteres decidere falcibus ramos. luc. v.
Affixus nostris tu d abis supplicium. cat.
Sudor ibi arcano florētes igne smaragdos. th. ij.
Interea, sol albus recessit in infera noctis. En.
Linquim⁹ insani ridentes premia scribe. ho. i. ser.
  Exupera versus cui syllaba hypermeter esto.
Ecce furens animis aderat tyrinthius oēmq;
Accessum lustrans huc ora ferebat t illuc. vir. ix.
Finem principio versus adiunge sequentis
Qua cessum dicens: de cunctis sic quoq; fiet.
  Vim quādam in versu aspiratio habere videtur.
Haud tamen id verū est: illa sine nanq; relegi
Carmina multa quibus synalepbe nulla teneť.
Exempla ostendi videas illa subeunte.
Posthabita coluisse samo hic illius arma. vir. i.
Pontice cū licino hic quoq; magn⁹ homo est. mar. ij.
Si fur displiceat verti homicida miloni: Ju. sa. ij.
Atq; catullus ait iam dicetur hymeneus
Virgilius manibus hominū perisse iuuabit.
  Quid mirū plura inuenies non hac subeunte

Versilogus de primis syllabis.

Longa quidem prolata licet correpta locāda
Dum sanguis inerat lucani continet alter.
Nam tibi tymbre caput euandrius abstulit ensis. vir. xj.
Luctus vbiqz pauor t plurima mortis imago. vir. ij.
Et furijs agitatus amor t conscia virtus. vir. xij.
Pectoribus inhians spirāria consulit exta. Vir. iiij.
Nostrorū obruimur: oriturqz miserrima cedes. Vir. ij.
Liminaqz lauruqz dei totusqz moueri. Vir. iij.
Sideraqz ventiqz nocent auideqz volucres. Nas. in. v.
Mittit hypermestra de tot modo fratribus vni. na.

Prima syllaba.

Eto rite modis noscetur syllaba prima.
o Seu positu: seu diphthongo: seu prepositiua
Deductu exemplo vel norma compositiue
Uocali ante aliam: positus tamen esse feretur
Quum post vocalem ponetur consona bina.
Uel plures aut x duplex: aut z vel i sit.
Ut tempus lustrum dixerunt azimus aio
Hinc semper longa est vocalis quelibet ante.
Dictio precedens positu quando potitur.
Uindicta grauior qz iniuria: fert iuuenalis. sat. xvj.
Occulta spolia t plures de pace triūphos. sat. viij.
Cur hedera cincta est: hedera gratissima baccho. li. ij.
Et tamen r qz simul post mutam forte sequētes
Uocalem efficiunt communem si breuis esset.
Id cyclades pandūt vel cyclades: atqz dorycus.
Sic patris ac tenebre: patris vel siue tenebre
M simul n grecis liquide quoqz vocibus insunt
Ecce inter primos theramneo a sanguine clausi. Syl. viij.
M tanqz posuit mutam: Marcus tamen inquit
Delectat mariū iam pernicios⁹ ichneumon. in. vij.
Euterpe cohibet nec polymneia. Hor.
Cōmunem mediā grecis seruabit arithmos.
Diphthongus grece producitur atqz latine.
Euterpe predico docent: breuiato preustus
Corripies etiam romane preire preesse.
Composte de pre sodi quoqz prepositiue.
Sunt producende: dirimo breuiare memento
A simul e longa est: vocali non subeunte.
Amitto cuado vobis exempla dabuntur.

Versilogus de primis syllabis.

Ab vel ad obq; breue est: vocali nempe sequente.
Nempe re corripitur: refert producitur esse
Utile significat quotiens distat ve notabit.
Produco reduco quidem breuiatq; reduco
Dij tibi dent capta classem reducere troia. Hor. ij. ser.
Palma negato macrum donata reducit opimū. ij. ep.
Pro longa dooco: vocali non subeunte.
Nam proauus prohibet soliti breuiare poete
Corripiūt etiam profugus ve procella profanus.
Tum prouepos propero proficiscor siue proteruus
Sic professus erit ve propheta profecto ,pfundus
Adde simul dictis ve profusus siue professus
A prope siue procul dixerunt talia duci.
Corripit t prologus: tu cetera nosse labora.
Deducte voces primaria rite sequuntur.
Hinc donum a dono veniens producitur vsq;
A breuibus deducta quidem producimus ista
Junior t casus staturus regula remus
Utrupero humanus: laternaq;: secula: rapum
Legem iucundus binus: totus quoq; regem
Regula vel denus: nonus: vocem quoq; trinus.
Uiginti italiam: vel macero: venaq; vomer.
Jumentum: pecus iungatur secius humor.
Sicilis acfomes: ceritus iugera sedes.
Cetera marte tuo poteris dignoscere lector.
Hec nata ab longis correpta reponere debes
Sume dicar: stabilis: manus t titulus vel arista
Junge lucerna: sopor: quater: atq; farina disertus
Sic fragor: aut fragilis: ducis atq; tigillus ofella
Adde vadum ve sagax predictis adde sigillum
Junge virū: vel aquā noto verbū: iunge quaternus
Inde mamilla: fides: siquidem nato: siue bubulcus.
Hinc odium lotiū: factus vel curulis acerbus
Et femur: ac ligulam: vel omasum: sic t aceruus
Cetera marte tuo poteris dignoscere cuncta.
Exemplo vtemur: ratio quum deficit vlla.
Inde siler breuio sectans exempla maronis
Curua tenent: vt molle siler: lenteq; geniste. in. ij. ge.
Hinc rufine sequar te quum penultima dices
Tullius hūc laudat cui sit penultima longa: Ruf.
Tubera sunt fungi: tuberes at poma vocantur

Versilogus de primis syllabis.

Obiice producas: obiceat correpta locetur.
Correptum subicit productum subiicit esto.
Communem retinent primã quecunq; sequunt
Gradiuus: pelion: palatia siue diana.
Hymen fidene rubigo liquor ve pachynus.
Sicheus: rine virum liquidusq; sicanus.
Britanni ac italus: bithynus siue profectus.
Profundo verbum cacus quoq; iunge propino
Procurro orion: corcyra ac insula quedam.
Humulus: t cartbis: silenus criticus atq;
Rutilius: rudo vel lycas: atq; pyrene.
Dolon curetes verum tu plura notabis.
Regula iam venier: qua syllaba prima patebit.
Preteritum quotiens dissyllabon inuenietur
Producit primam ceu legi: tolle fidiq;.
Tolle dedi atq; tuli sterit t bibit ac scidit ipse
Abscido abscidi abscindo tamen abscidit effert
Preteritũ geminans primam sibi corripit vsq;
Pendeo demonstrat solitum formare pependi
Cetera presentis naturam quippe reseruant.
His tamen exceptis genui posui potuiq;
Nam gigno t pono possum quoq; longa notant.
Inuenies reperi repuli retuliq; legendo
Repperit inuenies t reppulit: illud idem sic.
Producunt primã dissyllaba cuncta supina.
Ve lusum visum: tolluntur itumq; quitumq;
Accoq; citum: coniunge datumq; situmq;
Adde litum ve satũ verutũ: stata iungere debes
Composita accentu monstrat syllaba quanta est
Perlego prepono predico preparo dices.
Vocalis tamen ante aliam correpta manebit.
Nominibus nostris: prerer dius simul aer.
Nomina greca tamen sunt ista ferenda latinis
Dicfio fiebat item: sed nempe sequenti
Rpost e vt fierem fieres correpta docemus.
Greca quidem producta leges correptaq; multa
Bonides clio demonstrat: iulius iolla.

Media syllaba.

Syllaba quinq; modis mesa noscitur ipsa latinis
Diptbongo: positu exemplo: accentu quoq; bino

Versilogus de mediis syllabis.

Uocali ante aliã diuisim cuncta patebunt
  Diphõgus longa est: positus quoq; longa habeꝫ
Pandit ieneus comedia siue repostus
  Noscitur exemplo fiducia quanta loceur.
Omnis spes danaum ꝛ cepti fiducia belli. Uir. ij.
Bacchius rufinus a ꝛ: non bacchius autem.
Principium bachius erit: concludet iambus.
  Cõmunis medias quedam seruare notabo
Contudit: sybaceam pharsalia siue parauit.
Cyane cyane: lecythus lecythus atq;
Cõnubium. cybele: beb ꝛ ycis siue cibelle.
Orion dices orionis ac orionis
Aegeona ferunt egeona sepe poete.
Por ꝛ sena ficedule por ꝛ senna ꝛ iunge sicanus.
Plura quoq; inuenies sita sic relegendo poetas.
  Cõmunem retinet mediam ablatiuus eodem.
Ne placeat curru seruus portaꝫ eodem. Iu. sat. x.
Non eodem cursu respondent vltima primis
Hoc eodem ferro stillet vteq; cruor. Proper. ij.
Uno codẽq; tulit partu maro protulit ipse. in. xij.
  Sic etiam dices in eadem posse notari
Una eademq; via sanguisq; animusq; sequunt. Uir. x.
Hac eadem rursus lygdame curre via. Proper. ij.
  Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa
Deprimitꝫ ve tibi quicq; romane ferendo.
  Est grauis accentus circũflexus vel acutus
Deprimit ipse grauis vocem: tollit sed acutus
Ast circũflexus vocem leuat ꝛ premit ipsam.
  Noscitur accentu solum penultima quanta est
Sidera latratus fortuna vel indicat ample.
Semper vbiq; feras vel ibidem: corripe nunq;
  Ante aliam semper vocalis corripietur
Uocibus in nostris: vt gloria filius: at dic
Unius vnius vel sic cognata pones
Alterius tantum vel alius dicere debes.
  Cõsona precedens es quinte res tibi monstrat
Tradit e correptũ genitiuo siue datiuo
Nanq; rei formar: fideiq; fides generabit.
  At si precedet vocalis longa sit e tunc
Ostendit facies faciei siue dici.
Aulai pro aule recte producere debes.

Versilogus de vltimis syllabis.

Dic choream plateam ve choream siue plateam
Sic malcam dices vel maleam noīa greca
Corripiunt partim: partim producta videbis
Oceanus simois docet id: spondeus oreas.

Vltima syllaba.

Ultima noscetur triplici ratione latinis.
v Diphthongo vt muse: positu quoq; sic amarent
Regula predictis q̄plurima iungit apte.

¶ In .A.

Omnia lector in a debes producere sicut
Interea contra: tolles ita vel quia tantum.
Ultra vel frustra verum cōmunia legi.
Ima vehunt celi luxit dū frustra frequēter. rus. in arat.
Cura nil prodest: nec dicit vltra cicatrix. Serenus
Induperatiuū prime producto semper.
Casus in a breuis est: preterq; sextus vt aula.
Quintus item grecus quē rectus in as generabit
O palla enea diama biria peliaq;.
In rectoq; etiā muliebria sepe pelasgum
Producere: velut tegea: nemeaq;: theaue
In ginta inuenio cōmunia: corripe genta
Quadringenta docet: vel quinquaginta michael.
Quinquaginta viros: prologo dixere secundo. in th.
Quadraginta dedit gracchus sestertia dotem. Iu. sat. ij.
Mutua q; nobis ter quinq̄ginta dedisti. Mar. li. xij.
Seraginta ceras cū limina mane senator. Mar. li. xij.

¶ In .E.

Producunt in e monosyllaba: me ce tu se
Ipsaq; pro t breuiat: que longa est: semp vbiq;
Rite ne pro an breuis est. prohibens ne longa manebit.
Ne quoq; pro certe ve pro vt nō: longa docetur.
Ue populo dicens producas corripe pro vel.
Femineum nomen grecorum sit tibi longum.
Penelope libye nerine pandit abunde.
Quinte ablatiuū produc terne breuiabis.
Excipiturq; fame: rabe cōmunis habetur.
Diphthongo primi genitiui siue datiui.
Recti vel quinti plurales: sunt bene longi.
Exemplum muse demonstrant siue pocte.
Quippe vocatiuis prime sextus vel pelasgum

Versilogus de vltimis syllabis.

Producunt semper: docet anchise vel achate
A dandi casu deducta aduerbia produc.
E sumunt quotiens mutato o pandere possunt
Docte vel stulte breuis male vel bene semper
Illa fere ferme quare t producere debes
Imduperatiui longi quoq; sunto secūde.
Dic vale siue vale: quoniā reperitur vtrunq;
Idq; qō ignoti faciunt valedicere saltem. in. i. trist.
Tu tepe cōmunem lector cale velliq; pones.
Alta tepefaciet permixta sanguine cede. Lac.
Thura liquefaciūt peligni septimus inquit
Omne aliud iamiam polisyllabon est breuiādum
Scribere demonstrat prope gausape cepe cubile.

¶ In. I.

Infinita velut studui producito cuncta.
Brecorum quintus ceu thebai corripietur
Sicq; dativus aget d iuncto id phylidi monstrat.
Tyndaridi verum paridiq; Propertius inquit. lib. iij.
Statius at thetidi: quare sic plurima cernes
Precipue quotiēs his noia greca tenebunt.
Ast vbi siue mibi tibi vel sibi lector ibiue.
Communes legi nisi vel quasi corripiuntur
Sepe quasi rursus vertens produxit aratum.

¶ In. O.

Omnia ceu do sto monosyllaba longa feruntur
Producūt breuiāteq; simul polisyllaba verba.
Nomen item veluti curro currendo Catone
Ablatiuus enim producitur atq; dativus
A domino monstrat: duo semper corripietur
Sepe ergo cōmunem sacri posuere poete
Frater ego tibi sim filius vnus ego. Proper. ij.
Brecula ceu dido vel sapho longa tenebis
Tanto vel quanto sic cuncta aduerbia produc
Illico corripies: modo mutuo vel cito semper
Cōmune est ergo crebro sero at profecto.

¶ In. U.

U longum pones veluti cornu vel amatu.

¶ In. E.

In e producas: seu fac dic duc simul balec.
Excipitur donec lac nec quia corripiuntur
Dic pronomen erit cōmune alias bene longum.

Versilogus de vltimis syllabis.

¶ In. b. d. m. t.

B d corripiunt sicm t ni positus sit:
Uel sit dipthongus vel syncopa facta poetis
Sub vel ostendunt ad sed caput occiput umqz
Insignita forent tum milia militū octo. En.
Magnus ciuis obit t formidatus orboni. iu sat. vj.
Quis nescit: aut quis nō vidit vulnera pali. iu sat. vj.

¶ In. H.

Ab vab producunt.

¶ In. L.

A breuies semp ceu sal semel annibal t mel:
Sol nil produces gabriel pol siue michael.

¶ In. N.

N producatur ceu tiran quin helicon splen.
Excipe tu forsan vel forsitan attamen exin.
In vel an atqz viden: sic crescens per genitiuū
Ut nomen producit hymen syren quoqz semper
An vallas pferre preces balbus tamē inquit. lib. vj.
Necus in delphin demonstrat iongus habetur.
Ilion ac pelion breuies: sic plura pelasgum
Quartus in in breuis est ceu tigrin thirsin t isin
Quartus in an prime vel in en: producit vsqz
Indicat enean anchisen penelopen ve
Feminei quartus dans an breuiatur vbiqz
Maian vt egian: Sed naso in tristibus inquit
Qui legis electran t egentem mentis Orestem. lib. j.

¶ In. R.

Omnia lector in r correpta vt cesar t imber
Producas: aer craterqz staterqz character
Sic liber ether cur fur panther quoqz lar far.
Uer nar par: dispar vel compar compositiua
Lor cōmune leges amor atqz dolor pauor atqz
Plurima sic etiam ni forte figura notetur.

¶ In As.

As finita velut pietas producito cuncta.
Lorripe greca tamen si dis genitiuus habebit.
Palladis vt pallas plurales corripe quartos
Grecorum cerne velut archadas ac elephantas.

¶ In Es.

Es retinens produc species ostendit t heres.
Lorripe multa tñ: pences inquies es quoqz verbū

Versilogus de vltimis syllabis.

Compositiua simul: breuis t penultima crescens
In quibus est breuis es: teres vt miles simul hospes.
Hec tamen excipimus: paries abies spes.
Resq; ceres t pes iungantur compositiua.
Plurales casus grecorum corripe semper.
Lampades accipiā: vel troades: aut garamātes.

¶ In Is.

Is correpta manet: tum grecis: tumq; latinis.
Ut paris ac ignis: produc simois pyroisq;.
Tethyos t thetys: theris ac theridis breuianda.
Sic micas: aut rutilis piris: aut ore corusco: colum
Et formidantem patrios pyrocnta dolores
Balbus ait quinto recto ei dipthongus habet. Pris. vij.
Delphis delphinis sic aris: sic t elusis.
Vel delphin: arin t elusin longa manebunt
Producti recti quibus a penultima crescens
Longa datur patrio: samnis samnitis id offert
Casus in is numeri longus pluralis habetur
Ut quis vel nobis: dominis:: vis sis quoq; longe
Sic nolis: ꝓuis adsis: t compositiua.
Is vero quis: bis: mis: tis: sunt corripienda.
Verborum quarte velut audis vltima longa
Nescis vel dormis cōmunia legimus esse.
Producunt fueris dederis legerisq; pocre
Longa velis mauis: is verbum t cōpositiua
Ut transis vel adis vel obis: si cetera cuncta.

¶ In Os.

Os longum fiet: velut os oris ve sacerdos.
Os tamen ossis habens breuiandū compos t impos.
Corripe greca velut cabos ilios ac genitiuos
Thetios iliados: longa heros eros quoq; minos.
Androgeos t athos vel rhinoceros phileros ve.

¶ In Us.

Us breue ceu marius: monosyllaba longa velut thus
Sic t iam tellus quibus t penultima crescit
Longa quidem semper: palus est cōmunis habenda
Quarta autem patriū producit: tris quoq; plures
Longi grecorū patrij didus ve calypsus
Longa manēt hydrus pantbus mantbus ve mclampus.
Pus retinens breue fit quoties iunxere secūde
Oedipus ostendit grece edipos atq; menclampos.

Versilogus de pedib⁹ metrorũ.

Finis Elegi metri: quod binis versibus constat.
Hexametro heroico subiuncto quinario.

Carmẽ saphicũ endecasyllabũ.

Ondere constituã saphus a nomine carmen
c Ante trochęus erit: spondeus vel dactylus inde
Primus item binus: tribus autem versibus actis
Versiculũ herous spondeus t edere debent.

¶ Ad Jo. Michaelem augurem.

Te deus summo titulo decoret
Tradat t mundi regimen superbi
Regiam post hec treneas olympi
Ebare michael.

¶ Metrũ dactylicũ Asclepiadũ.

Etro Asclepiadis spondeus dactylus insint
m Hinc cesura datur: duplex sit dactylus inde

¶ Ad hieronymũ Maseriũ forolivien sem.

Jam tempes redeas dulcior omnibus
O mi diuitijs culte hieronyme
Magnam cui tribuit iupiter optimus
Rerum noticiam: Cui loca siderum
Cui celi ratio cunctaq; climata
Noscuntur penitus: Carmine dulcior
Nato calliopes: cultus in omnibus.
Quare iam repetas atria principum.

¶ Metrũ phaleciõ hendecasyllabũ.

Uinq; pedes versus capit hendecasyllabus apte
q Spondeum heroum: capiet tris inde trocheos.

¶ Ad lectorem.

Paruo percipies labore nostris
Artem carminibus benigne lector
Non paruo mihi constitit docere.
Nam legi varios diu libellos
Quo posset mea tutior vagari
Elioriam valeas amice felix.

De pedibus metrorum.

scõm Fabium t Diomedem.

¶ Dissyllabi quattuor.

s Spondeum faciet faciet disyllaba longa: vt ferrenẽ
Cõtra est pirrichius iamb⁹ dibrachus arq; vt pius

Versilogus de pedib⁹ metrorũ.

Lõga breuisq; dabũt ve chorcum siue trocheũ vt dixit
Prima breuis cũ longa sequẽs formabit tambũ: vt amãt
Ipse chorcus erit tribrachus ve trochcus habendus
Quod nono Fabius meminit romanc michael

¶ Octo trisyllabi.

Actilus e longa fiet breuibusq; duabus vt martius
d Dactylus herous quoq; dicit vt fabius vult
Binis e breuibus longa simul est anapest⁹ vt spẽs
Hic etiã fertur grece antidactylus idem
Tresq; breues tribrachũ faciũt: referet bene mõstrat
Tris lõgasq; molossus habet cõtrarius illi. vt cantabant
Junge duas longas mediãte breui amphimac⁹ sit charitas.
Pes tamen a fabio vocitatur creticus idem
Inter longas breues amphibrachus est: vt amant
Eq; breui bacchius erit longisq; duabus vt egestas
Si binis longis correpta est syllaba iuncta
Antibacchius ve palimbacchius habet: vt natura.

¶ Sedecim tetrasyllabi.

Tpeleumatico correpte q̃tuor insunt: vt ariete
a Est dispõdeus semp cõtrarius illi: vt oratores
Longa breuis vel longa breuis iungant in vnum
Ditrochcus erit vel ditrochcus habendus: vt vindicator
Est breuis t longe: breuis t longe diambus: amonitas
Longa duoq; breues: t longa simul coriambũ: vt vsificãs
Antipestus erit breuis: tbis longa breuisq; vt videret
Tuq; duas longas breuibus ꝑpone duabus: vt deponite
Jonicus maior: minor est cõtrarius illi: vt diomedes
Prim⁹ erit pcon lõga breuib⁹ tribus adde: vt leticia
Longa secũda: breues alie tres sitq; scõa: vt amabilis
Tertia longa breues vt alie tres: tertius extat: vt alienus
Quartaq; longa: breues alie tres quartus habere celeritas
Prima breuis: lõge tres primũ dant epitritũ: sacerdotes
Sitq; secũda breuis longe tres sitq; secũdus: vt cõditores
Tertia sitq; breuis tres longe: tertius esto: vt hereditas
Syllaba quarta breuis longe tres: q̃rtus habet: oratoris
Dippius hic etiam fertur simul ab diomede.

¶ Cõmuniũ syllabarũ testimonia.

Tqui cõdiderat postq̃ non repperit aurum
a Aptauit collo quem repperit laqueũ. Ausonius
Repulit a lybicis imensum syrtibus equor. lu. i.
Oueq; ferus repuli doctis medicatib⁹ ignes: medea

Versilogus de pedibꝰ metrorũ.

Retulit ꝛ ferro rhesum: dolonaqꝫ cesos. Penel.
Si reditum retulisset is aut in tempore longo. Lat.
Gradiuus quãras ppĩus spoliauerit vrbes. th. iiij.
Gradiuũqꝫ patrẽ getici qui presidet aruis. V. iij.
Inclyta amasonidũ magnoqꝫ exorta gradiuo. bl. iiij.
Et genus a magno ducentẽ sorte gradiuo. met. v.
Pelion hemonie mons est obuersus in austros. Fast. v.
Ossaqꝫ cũ pelio cũqꝫ hemo cesserit orbis. Syl. iij.
Vaud timeam magni diuisse palacia celi. met. i. sil.
Quam tanti fuerit cadere: vt palacia cernas. Syl. xij.
An noua contentis surgant palatia flãmis. Sc. i. sil.
Exercet diana choros: quam mille secute. Vir. i.
Ter geminãqꝫ hecatẽ tria virginis ora diane. Vir. iiij.
Hymen o hymenee hymen: ades o hymince. Lat.
Affuit ꝛ certis tempora vincens hymen. Mas. ep. vj.
Viuat fidenis: ꝛ agello cedo paterno Ju sat. vj.
Vi tibi nomentũ ꝛ gabios vrbẽqꝫ fidenã. Vir. vj.
Excsa inuenies scabra rubigine pila. Vir. i. g.
Uteris ore aliter nimiaqꝫ rubigine captus. Mar. ij.
Dondus vti saris: calor ignis: liquor aquarũ. Lucr. i.
Fiet vti cibus omnis ꝛ aridus ꝛ liquor ipse. Lucr. i.
Prestat trinacrij metas lustrare pachyni. Vir. iij.
Eqbus imbriferos versus pachynus ad austros. me. xij.
Huic cõiunx sycheus erat ditissimus agri. Vir. ij.
Anna fatebor enim miseri post fata sychei. Vir. iiij.
Natura in terno cum viscere tinea serpens. Serenus.
Agrestes tinee res obseruata colonis. Met. xv.
Londantur parco fusca falerna vitro. Mar. iij.
Landida sic puro numerantur lilia vitro. Mar. iiij.
Crassaqꝫ cõueniunt liquidis ꝛ liquida crassis. Lucr. iiij.
Fida reor fraterna erycis portusqꝫ sicanos. Vir. v.
Sicano pretenta sinu iacet insula contra. Vir. iij.
Sicano pretenta legunt aliqui tamen illud.
Sicanium dedit vsqꝫ fretum balbus canit ipse
Et penitus toto diuisos orbe britannos. in. b.
Nam quid britãnis celum differre putamus. Lucr. vj.
Hinc augustus agens italos in prelia cesar. Vir. viij.
Coniecto sternit iaculo volat itala cornus. Vir. ix.
Bythino phrygioue latũ: sed quem sua nobo. bal. iij.
Quãqꝫ ꝛ capadoces faciãt equitesqꝫ bithyni. Ju. s. vij.
Hec quoqꝫ profecto ludebat iasone varro. Pro. ij.

Versilogus de mediis cõibus.

Arcades his oris genus a pallante ꝓfectum. Vir. viij.
Vas postq̃ mesto profudit pectore voces. Lat.
Impia dementis vulgi t vix tota profudit. Syl. x.
Lacus auentine timor atq; infamia siluc. Fast. i.
His cacus horrendũ tyberio gurgite monstrũ. me. ix.
Hisce tanq̃ habeas tria nomina: qñ propinat. Ju. sat. v.
Lenat propinat poscit negat innuit vna. Mar. i.
Risit: t his inquit facito mea tela: procures. Fast. iij.
Procurate viri: t pugnam sperate parati. Vir. xi.
Quum subito assurgẽs fluctu nymbosus orion. Vir. i.
Ensifer orion equore mersus erit. Fast. iiij.
Fertilis est merite sterili vicina cosire. Fast. iij.
Et bellare tabas docilis cosiraq; parua. Syl. xiiij.
Atq; hinuli pellis toto operibat amantes. Prop. iij.
Vitas hinulco me similis cloe. Hor. ode. xxiij.
Huc licus: huc sagaris: pencusq; bisparisq; crathisq;
Cratis t hic sybaris vestris cõterminus oris. Met. xv.
Silenum pueri somno videre iacentem. Jn. b.
Quantũ oĩs mundus gaudet cantante sileno. Jn. b.
Ut critici dicunt leuiter curare videtur. Hor. ij. ep.
Aequali liber est critice qui malus est. Mar. vij.
Tam graue magnanimi robur mirare rutili. de pon. i.
Hanc tibi prepositio memorant dixisse rutili. Fast. vi.
Fame rutilium sue relinquas. Mar. v.
Vincla recusantũ t sera sub nocte rudentũ. Vir. vi.
Findor vt arbadie pecuaria rudere credas. pers. sa. iij.
Inde licam ferit exectum iam matre perempta. Vir. x.
Protinus anteũ t licam prima agmina turmi. Vir. x.
Non sine me est tibi partus bonos tua bella pyrene. ti. i.
Pyrene misit populos qui nomen ab amne. Syl. xiij.
Antiqui proles bello preclara dolonis. Vir. xij.
Retulit t ferro rhesum dolonaq; cesos. penel.
Illic bellaci confisus gente curetum. Luc. iij.
Celme Joui largoq; satos curetes ab imbri. Met. iij.

Medie communes.

Uiroſq; valentes contudit crudelis hyems. En. in an.
Speratũ meritis dirã qui cõtudit hydram. Hor. ij. ep.
Tolle tuũ precor annibalẽ victũq; syphacem. Ju. sat. vi.
Cõpulimus dirũ syphacẽ fractũq; metello. Clau. iij.
Pharsaliam cocunt: pharsalia tecta frequẽtant. Lat.

Flores Mancinelli.

Uãgiones barbauiqz truces quos ere recuruo. Ju.i.
Vic petit cuphratẽ iuuenis domitiqz barbaui. Ju.sat.viij.
Inter sicilidas cyane celeberrima nymphas. Met.v.
Cognita cyano prestanti corpore nympha. Met.ix.
Lecytus: de hoc vide grecum vocabulariũ.
Experiar numidũqz peram connubia suplex. Uir.iiij.
Occurrit comitum nymphe quas alma cibelle. Uir.x.
Uel tu que tardam mouisti fune cybellem. Prop.vlti.
Hinc viduc cybelles: illinc sacraria veste. Mar.vii.
Bebrycis z sicibici procul inclementia sacri. Bal.ij.
Possessus baccho seua bebrycis in aula. Sy.iii.
Ensiferi nimiũ fulget latus orionis. Luc.i.
Aut clicem iubeo strictũqz orionis ensem. Met.viii.
Atqz auro rude fulmen habent orionis alti. Th.vii.
Aegeona suis immania terga lacertis. Met.ii.
Hec centũ gemini stricros egeonis enses. Clau.iii.
Necnõ tarquinũ eiecrum porsena iubebat. Uir.viii.
Hanc spectare manum porsena non potuit. Mar.i.
Cetera que patulo lucet ficedula lumbo. Mar.xiij.
Mergere ficedulas didicit nebulone parẽte. iu sa.xiiij.
Fida reor fraterna erycis portusqz sicanos. Uir.v.
Sicana nunc tellus nũc littora ibera cruore. Syl.xvj.
Jonioqz mari malecqz sequacibus vndis. Uir.v.
Destinet z rauce circũsonat ira malce. Th.vij.

Finis versilogi.
Antonij Mancinelli Carmen de floribus.
Antonius Mancinellus Urso vrsi
ne domus Heroi clarissimo Episco
poqz Thean. ac gymnasij alme vrbis
rectori õptimo. S. P. D.

Rse decus procerum Ro

v mane gloria lingue.
Unica pierio spesqz salusqz choro.
Nunc ego parnassi venio de culmine montis
Palladis auxilio florida serta gerens.
Quum tamẽ ambigerem quisnam donarier illis
Deberet: roseus cynthius illa dedit.
Si quis in vrbe colit musas z apollinis artes
Si cui pallas adest viribus vsa suis.

p v

Flores Mancinelli.

Ursus is est virtutis amans virtutis alumnus
Ingenio cunctis anteferendus auis.
Alter Aristides dictus cognomine iustus
Uel dictus sapiens primus in orbe Thales.
Huic igitur noua serta dato connexa vetustis
Floribus accipiet qualiacunq; feres.
Talibus acceptis propere tua recta subiui
Dona gerens: Capias: cōmoda multa ferunt.
Ad te confugiunt: quo sint magis tuta fauore
Numinis Ursc tui: suscipe queso libens.
Sic tua sublimi cingantur tempora mitra
Sic videas regni secula leta tui.

De floribus Tituli.

De nominibus per.a.b. Titulo.j.
De verbis per.a.b. Titulo.ij.
De participio. Titulo.iij.
De pronomine. Titulo.iiij.
De prepositione. Titulo.v.
De aduerbio. Titulo.vj.
De interiectione Titulo.vij
De coniunctione. Titulo.viij.
De orthographia. Titulo.ix.

Mancinellus ad lectorem.

On solum sciēdi aliq̄d artem esse verū docendi etiā aniad
n uerti: et in preceptis ratione valere q̄plurimū. Sciēs ita
multos recta docēdi t via t consuetudine carere: ne idem
meo libello accideret ei⁹ apperiēdi modū paucis expediā: Mane
quoq; carmina aliq̄ pueris enodenē in numerum: inde curiosus
p̄ceptor (pfectus enī sola cura t diligentia constat: et nihil est qō
nō expugnet prinat opa) vocabula ipa oīa scitu digna excipienti
bus dictitet. Uesperi aūt repetēdo illa cūctos interroget declina⁹
req; etiaz cogat obscuriora. Tum quoq; sabbato totius dictata
bebdomadis repetat viritim inter rogādo. sic enī t citius t facil⁹
lime quisq; proficiet. Nam vri t Quintilian⁹ edocuit: p̄ceptor fre
quēter interrogare debet t iudiciū discipulor̄ experiri. Quā vero
carmē ipm de flor⁹ hoc est electis vocabulis sit pfuturū adole⁹
scentulis fugit neminē. Quid enī magis necessariū? q̄d vtilius?
q̄d difficilius q̄ ipa vocabula? hinc Varro: hinc Fest⁹: hinc Bel⁹
lius: hinc Nonius: hinc alij multi huiuscemodi cepere ꝓincīā.
Itaq; iure dicāt atq; optime. Qui vires vocū ignorant facile de⁹

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ab

cipi. Est enĩ nomen rei ipius declaratio. hinc noia docere videnť Idq; simpliciter asserendũ ꝙ quisq; noia scit: et res itidẽ sciat: vt Plato in cratylo scribit. Nemo ꝓterea imprudentie aut insciẽtie mihi ascribat: si quãdoq; iambo vel Trocheo vl' Tribracho alĝs uc pedib⁹ a tali carmine abhorrẽtib⁹: vel modo Systole modo Diastole fuerim vsus. Nam vt t breuior t clarior essem: coactus quidẽ aliqñ syllabarũ naturã seruare nõ valui. Parcendũ igitur syllaba nõ quadrãte. Inuenies enĩ apud vetustiores etiaz pedes alios a Spondeo t Dactylo hexametris fuisse inserros: vt Jambũ Tribrachyũ, Procelcumaticũ anapestũ: quoz ꝙdẽ exẽpla latius in Uersilogo iã ostendim⁹. Uale clarissime lector. Kalendis Sextilib⁹. Millesimo q̃dringẽtesimo octogesimonono. Rome

Ab.

Bba pater: monachũ pater abbas inde redundat — Abba
a Est abacus mensa in qua bacchi pocula ponũt — Abbas
Sunt etiam quadre caro quis cõcisa locatur — Abacus
Ars abacus numeros tractans solet ipa vocari
Nempe magistratu priuatu dicit abactus. — Abactus
Abdomen porce sumen: quod plinius inquit. — Abdomen
Et iuuenalis ait: placant abdomine porce.
Fertur abyssus aque locus immensus ve ꝓfundus. — Abyssus
Byssus item: quanq; lini genus est quoq; byssus. — Byssus
Mensibus in primis proprie dicatur abortus. — Abortus
Intempestiue generatus fiet abortus. N. — Abortus
Id tamen auctores veluti quoq; plurima vertunt.
Militibus fuerat vestis que fertur abolla — Abolla
Tum sectę cynice: duplex erat hec t amictus
Diplois ab grecis nostris dicetur abolla. — Diplois
Absona nempe sono dicunt sine significare. — Absona
Adde incõueniens discordans siue repugnans.
Abstinet a temeto quicũq; abstemius esto — Abstemius
Attenuat quoniã vinũ temetum vocitamus — Temetum
Aut tenat mentem. temulenta hinc ebria fertur. — Temulenta
Temetum flaccus: temetum sed dixit aquinas
Absurdum stultum ve repugnans sato notari. — Absurdum

Ac.

Gratia cui nulla est achariś dicetur a signat
Nam sine quippe charis sed gratia dicit esse — Achariś
Acer fortis erit velox austerus acerbus. — Charis
Hec acer est arbor: breuis est cui syllaba prima — Acer
Arcula turis erit (Pompeius inquit) acerra. — Acerra

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ac

Acerra — Aut vbi defunctum ante incendebant odores
Acerre — Est prope parthenopen vrbs que vocitat acerre
Aceruus — Congeries rerũ paruarũ fertur aceruus.
Struces — Signorumq; struces: strages occisa caterua est
Strages — Omnibus ast etiam generale est nomen aceruus.
Aceruus — Aggeruus proprie lector quasi fertur aceruus.
Acheron — Inferni est acheron flumen sine gaudio habetur.
Achilus — Qui sine vir labijs degit bene fertur achilus
Chilos erit labrũ: sine signat a sepe latinis.
Accidia — Anxietas cura atq; molestia accidia fertur
Acies — Est acies oculi dulcissime lector acumen.
Est acies summũ ferri. pugne quoq; turma
Ex acuo fertur quia ferro armatur acuto.
Acyron — Improprium est acyron: tantũ vt sperare dolorem.
Accentus — Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa
Deprimiturue tibi quicq; romana ferendo
Est grauis accentus circũflexus vel acutus
Deprimit ipe grauis vocem: tollit sed acutus
Ast circũflexus vocem leuat z premit ipsam
Accessio — Nempe incrementũ nobis accessio signat.
Accessus — Aduentum vel itum tamẽ accessus dare debet
Accitus — Accitus vigilans industrius ac studiosus.
Discinctus — Discinctus negligẽs incomptus sit vel ineptus
Accola — Accola sit montis prope mõtem qui colit vrbem.
Accola sic fluuij pelagi z campi vocitatur
Incola — Incola sit montis qui monte in menia seruat.
Incola sic fluuij pelagi z campi est vocitandus
Acus — Appellat acus ab acuta cuspide nobis
Acus — Hec acus huius acus sartoris dicitur esse.
Est discerniculum capitis vel acus mulieb'is
Hic acus huius aci piscis: nam scribitur illud.
Et satius tenues ducere credis acos: Mart.
Acicula — Qua vitas firmant sit acicula: sit quoq; piscis
Acus — Hec acus est aceris nempe est purgatio grani
Accrata — Sunt palee quedam frumenti: festus vt affert
hinc palcis mixtis dicetur terra accrata.

¶ Ad.

Adamas — Est lapis hic adamas durissimus: atq; damaso est
Damazo — Quod homo significat: sed a fert sine: rumpit autem
Hircino calido atq; recenti sanguine tantũ
Indorũq; adamas lapidũ dignissimus: isq;

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ae

Lymphatos curat pellitq3 metus pauitantum.
Hunc etiam solinus ait obstare venenis.
Haud vnq3 inuentus maior nucleo corylorum
Magnetiq3 adamas ferrum rapit vt notat idem
Indomitusq3 adamastos erit vox greca latinis — Adamastos
Approbat addicit dicendo alias quoq3 damnat — Addicit
Olim erat addictus qui cum nil soluere posset — Addictus
Pretoris iussu poterat venire miscellus
Addictus deuotus enim tum obnoxius est. N.
Additus hostis erit: nec teucris addita iuno. V.
Frater adelphos erit: soror at dicitur adelphe. — Adelphos
Fraternus vero dicitur adelphicos esse — Adelphicos
Consumptũ proprie nobis designat ad esum. — Adesum
Est locus hoc aditum templi secretior ipse. — Aditum
Quippe duo ingredior: qđ a signet diximus ante. — Duo A
Hic aditus vero est ingressus: vocq3 latina. — Aditus
Frumenti genus erat ador sacris epulisq3 — Ador
Aptum dixerunt edor olim quippe ab edendo.
Hinc false fruges fiebant: hinc t adoro est. F.
Edocuit quidem sed ador tamen esse ab odoro. Pris. — Adoro
Flexerunt veteres genitiuo adoris vel adoris. — Aduersus
Aduersus vultũ ostẽdens: aduersus at armos
Auersus contra simul erga significabit. F. — Auersus
Uxorem alterius adiens vocitatur adulter. — Adulter
Stuprator vidue fertur seu virginis esse. — Stuprator
Incestum faciunt sacri consanguineiq3: — Incestus

¶ Ae.

Aecus inferni iudex: minos: rhadamanthus — Aecus
Nempe iouis gnati: punit quericq3 retorquet. — Minos
Exaditu est edis plana pede tunc q̃ adibant. Uar. — Aedis
Aedis sit templũ: templa atq3 domus tñ edes — Aedilcs
Siq3 aliter releges scito q̃ fiet abusus. S. — Aedes
Aedibus a sacris ediles sunt vocitati. — Aediles
Illis preposite curandis nanq3 fuere. Val.
Aedituus tutor sacrate dicitur edis. F. — Aedituus
Ex ede edituus varro vult atq3 tuendo
Aeditimusq3 idem fertur velut intimus edis — Aeditimus
Aegeria: in fontẽ versa est lachrymando maritũ. — Aegeria
Nympha nume cõiunx ad aricinũ nemus olim.
Aecon entea est asopi filia regis
Aegina: hinc vrbs est genitricis nomine dicta. — Aegina

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ae

Aegis — Pectoris est aegis proprie defensio facta
Aere: caput medio dire portando meduse. S.
Pellis amalthee capre (quam iupiter ipse
Fertur habere) egis ꝓprie est lactantius inquit

Aegisthus — Aegisthus capris nutritus dicitur esse.

Aegle — Aegle sit mulier: romanis splendor habetur:

Logos — Aegloga caprarũ sermo recte euocitatur

Aegon — Aegon caprarũ: sermo logos esto latine

Aegoceros — Denotat egoceros capricornum: nanqꝫ ceras sit

Ceras — Cornu romanis: decimo lucanus t inquit

Aegon — Aegoceron cancrũqꝫ tenet: caprile sit egon

Aegritudo — Aegritudo animi: egrotatio corporis esto.

Aegrotus — Corporis egrotus: animi vel corporis eger

Aella — Fertur ella mihi turboue procella latino.

Aemulus — Aemulus eiusdem studiosus siue imitator
Aut inimicus erit.

Aeneas — Anchise eneas veneris quoqꝫ filius olim
Dux troianorum: pietate insignis t armis.

Aenos — Aeno enis laudo est: aencas dicitur inde
Qui laudandus erit: laus enos dicitur esse.

Aenigma — Obscurus sermo cunctis enigma vocatur.
Mater me genuit eadem mox gignitur ex me

Aeolus — Aeolus est variusue dolosus quippe ferendus.

Aeon — Aeon grecorum est: romanus transtulit euum.

Aeuum — Aeternitatis proprie euum seruius inquit

Aepy — Nestoris vrbs fuerat positũqꝫ in montibus aepy.

Aepys — Aepy sublime est: aepys tamen altus habetur

Aepos — Aepos dicetur nobis vertexue cacumen.

Aepolus — Aepolus a nostris caprarũ pastor habetur.

Aepolion — Aepolion grece caprarũ grex bene fertur

Aequales — Aequales similes equeui t sunt vocitandi

Aequor — Aequor planicies fluuius mare nempe quietum

Aer — Est mediũ spaciũ celi t terre simul aer.

Aerugo — Aerugo vicium ferri vel t eris ab ere.

Aeschylus — Aeschylus est tragicus grecoꝫ quippe poeta
Caluitiũqꝫ gerens in aprico forte quierat
Testudo ex aquila recidens caput omne resoluit.

Aeschines — Tertius aeschines demosth enis emulus ac er
Oratorqꝫ fuit: aeschines octo leguntur

Aestiua — Aestiua appellant: equitũ t pecorũ loca opaca

Aestus — Aestus sit ponti cõmotio t impetus ipse

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ae.

Temporis estiui solis calor aestus habetur.
  Aetates hominũ quinq; aiunt:id patet infra — Aetates
Esto senex:iuuenis adolescens & puer infans.
  Aeternum vere est sine principio & sine fine — Aeternum
Perpetuũ cui principium sed finis carebit — Perpetuum
  Ponitur hic aether pro celo ac igne poetis. — Aether
  Ex aetho nanq; est quod nobis ardeo dicit — Aetho
Incendo ac uro.
  Hinc equus est phebi dictus siue hectoris Aethon. — Aethon
Solis equi phlegon pyrois eous & Aethon — Pyrois
  Solis equi lucis dicuntur quattuor hore — Solis equi
Nec ruber:hec splender:nũ hec calet:illa tepebit.
  Nosce phlego nobis inflammo significare — Phlego
Ast ardens pyrois fertur:pyr dicitur ignis. — Pyrois
  Splendens a nostris illis dicetur heous — Heous
Fertur heos oriens aurora rite latinis — Heos
  Mane dies aurora simul bene dicitur eos — Eos
Hinc venit eous:cui longa est syllaba prima
  Semper heous habet correptam:lucifer autem — Eous
Ac orientalis matutinus sit heous. — Heous
Hinc pelignus ait quarto:modo surgis heoo
Tempestius celo:modo serius indicis vndis.
Eoasq; acies & nigri memnonis arma
  Aethon ast ardens vel splendidus esto latinis. — Aethon
Aethica moralis:nam mos ethos vocitatur. — Aethica
  Diphthongon refugit tamẽ aptius ethica semper — Ethica
Aetna est trinacrice mons flãmiger vndiq; notus. — Aetna
  Aethram fulgorem dixerunt etheris esse — Aethra
Aethra etiam genitrix ipsius thesei olim.
  Aex egros capra est. — Aex

¶ Af.

Appetit affectat reperitur significare.
  Corporis aut animi est affectio tempore acerbo
Aut leto & facili mutatio:debilitas vt
Letitia arq; metus sic ipa molestia morbus.
  Est dispositio nobis affectio dicta — Affectio
Affectus quarte sit passio sitq; voluntas — Affectus
Est emulatio affectus fiducia & ira
Est & amicitia aut odium vel simile quicqd.
Affines agris vicini aut sanguine iuncti. F. — Affines
Coniugis affines:agnatos dicito patris. — Agnati

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Ag

Cognati — Cognatos ꝛ cni genitricis dicimus esse.
Cognati includunt agnatos paulus vt inquit.
Non tamen econtra.

¶ Ag.

Agamos — Est agamos cõmune quidem sine cõiuge nobis
Aganippe — Aonie fons est musis sacer hec aganippe.
Nippos — Valde agan ostendit: sed equus bene dicitur hippos:
Pegasus effodit pede pegen que mihi fons est
Fingitur id vero quia cadmus ductus equis hunc
Inuenit fontem: de quo solinus abunde
Agaso — Ductor asellorum vel equoꝝ fertur agaso.
Opilio — Ex ago descendit (pompeius vt inquit) agaso
Opilio a multis fertur mutando elementum
Bubulcus — Nempe bubulcus erit bobus: suibusqꝫ subulcus
Subulcus — Est agathosqꝫ bonus.
Agathos — Fertur agenoreis: romane quippe superbus
Agenor — Aris agina quidem voluit qui nempe stateram
Agina — Nanqꝫ agit hec fertur mensurã ponderis ipam
Aginator — Hinc ꝛ aginator qui parua ad lucra mouetur
Agros — Est ager hic agros romane: campus id autem.
Campus — Campus planicies ampla ꝛ spaciosa platea
Agger — Ager erit tellus vallo que apponitur ipsi.
Aglyphos — Estqꝫ vic medie tumor Agger rite ferendus.
Glyphos — Aglyphos nobis non sculptus dicitur esse
Agmen — Est glyphos sculptus: nam glypho sculpo notabit.
Agonia — Agmen procedens exercitus impetus atqꝫ.
Agon — Plurali numero designat agonia ludos
Agonizo — Fertur agon ludus certamen seu locus ipe.
Agricola — Signat agonizo certo contendoue nobis
Agrios — Rusticus agricola ex agreos venit ꝛ colo quippe
Agrippa — Agrios agrestis siue ferox immitis habetur.
Agria — Agrippam vocitant pedibus qui nascitur ante.
Agrippa — Ex aegro partu fertur Marcellus vt inquit
Agria nempe dolor:: pus pes est: inde ꝛ agrippa
Ut dicunt alij: qui forte pedem dolet esto

¶ Al.

Ala — Ala equitum est ordo: pedites tegit ala velut ℣
Alba — Alba est ex alba sue dicta: vt varro notauit
Naturaqꝫ loci longa alba est rite vocata
Albani — Sunt duplices albe: albanos tamen altera formac
Albenses — Alteraqꝫ albenses: Varro tibi testis in boc est

Flores nominũ incipiẽtiũ ab Al.

Tybris
Albula
Albus
Alphe
Alpes
Alceus
Alcestis
Alcibiades
Alcyon
Alcedo
Alcynous
Alcmena
Alcmeon
Tisiphone
Megera
Ptisis
Phonos
Alectos
Megero
alphesiboeꝫ
Alpho
Alga
Algor
Aliptes
Aliptho
Aliphe
Alma
Alpheus

Albula tybris erat: tyberin ab nomine tybris
Albus natura: studio fit candidus ille.
Id tamen auctores confundere sepe videbis.
Album certe album quondã dixere sabini.
Alphe candorem nam denotat hinc simul alpes
Perpetuis albent nivibus quia sunt vocitate.
Galli altos montes dicunt fert Servius alpes
Italie quondam muro quasi cincta superbo
Claudebant alpes ne gallia posset obesse
Annibal has autem ferus igne t rupit acceto
Alceus lyricus mytilenceusqꝫ poeta
Admeti alcestis coniunx ne vir moreretur
Ipsa mori voluit: quibat nõ viuere coniunx
Ni pro se quidam quedam vel sponte periret
Certe alcibiades rebus fuit omnibus aptus
Et genere t forma summus: fuit induperator
Plenus consiliis: dicendo obsistere posset
Cui nemo diues: patiens affabilis atqꝫ
Virtute ac vitijs plenissimus omnibus omni.
Tot diuersa quidem esse admirabanꝫ in vno
Alcyon ab grecis: nostris alcedo vocatur. U.
Pheacum alcinous rer q̃iustissimus: atqꝫ
Hortorum cultor cantatus sepe poetis.
Herculis alcmenam genitricem nosce fuisse.
Alcmeon matremqꝫ eriphylem tradidit ensi
Ultus nempe patrem thebano in matre caducum.
Thisiphone: alectoue: megeraqꝫ tres furie sunt.
Ultio vel pena est sed ptisis punitio siue
Nempe phone atqꝫ phonos cedes vel mors vocitatur.
Alectos tamen est incessans quippe latine
Odi ac invideo dicunt signare megero
Alpheno invenio: pastor fuit alphesiboetis.
Inveniensqꝫ boues aut inquirens bene fertur.
Alpho est invenio: alpheo inquiro mihi signat.
Alga maris herba est: fertur tamen vlua paludis.
Tristitia atqꝫ dolor frigus quoqꝫ dicitur algor.
Ab grecis fertur: romanis victor aliptes
Ungo quidem nobis grecum designat aliptho
Unctio pingue simul nobis dicetur aliphe.
Alma quidem sancta est seu pulchra aut dic ab alendo
Elidis alpheum describunt arcades amnem.

Flores noīm incipientiū ab Am.

Sub mare qui refluens longa intervalla secutus
Ore arcebusa tuo siculis cōfunditur vndis. Ver. b.
Altaria — Diuorum superum sunt: tantum altaria quippe
Are — Infernis superisq; simul donabitur ara.
Alter — Alter vterq; simul neuter quoq; iunge duobus.
Uterq; — Alter rite duum fertur: notat atq; secundum.
Alius — De multis proprie primus dices aliusue
Primus — Sed prior ac alter dices herere duobus
Altile — Altile opulentum signat vel pingue ab alendo
Altilia — Altilia appellant animalia que sed aluntur.
Altilis vt pisces: vel auis quadrupes aper vsus.
Alueus — Alueus hic apum cupa est aluearia septa
Alueus — Alueus hic fluuij cursus: muliebre sed aluus
Aluearia — Quo excurrunt sordes: venter qui cernitur esto. S.
Aluus — Aluus erit venter mulieris dicta ab alendo. F.
Uterus — Est vterus venter mulieris concipiendi.
Alumnus — Est & qui nutrit vel qui nutritur alumnus.
Qui prohibet non rite: quidem testabimur id nos
Plinius italiam cunctarum appellat alumnam.
Syllius in nono quoq; libye dixit alumne.

¶ Am.

Amaracus — Persa ab romanis narratur amaracus esse.
Amasenus — Priuerni flumen siculorumq; est amasenus
Amicus — Mentis amicus erit: sed amator corporis esto
Amathos — Est amathos puluis nobis seu ferrur arena
Amathus — Est amathus cypri vrbs: quinto ceu plinius inquit.
Amazones — In scythia fuerant vt fertur amazones olim
Perq; asiam sparse multū cepere sagittis.
De coitumq; virū fugientes vere perebant
Vt grauide fierent: puerosq; necare puellas
Solum nutribant: dextera mamma omnibus vsta
Mazos — Inde datū nomen: sine signat. A. mammaq; mazos
Ambitus — Circuitus domum nobis datur ambitus esse.
Binos ille pedes medium quoq; poscere fertur
Crimen auaritie simul affectatus honos est.
Ambitio — Ambitio est animi: sed dicitur ambitus actu.
Ambitione quidē peccat laudem vel honores
Plus equo cupiens: fiet tamen ambitus ipse
Munera quum danturue pecunia blanditieue.
Publica quo tenent vel munera quo vel honores.
Ambrosios — Ambrosius diuinus enim immortalis & esto.

Deū gaudere sola etiam voluntate. Tit.vij. Ouid.iij.de ponto.
Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.
Hac ego contentos auguror esse deos
Hec facit vt pauper veniat quoq; gratus ad aras
Et placeat ceso non minus agna boue
Nec que de parua pauper dijs libat acerra
Thura minus grandi q̄ data lance valent.
Deū colēdum ꝛ nō spernēdum. Tit.viij. Virg.primo georgicoꝝ.
In primis venerare deos. Nemo aūt poetas debet arguere q̄ deos aut
diuos dicāt. Eo nāq; modo accipiūt illi quo ꝛ Romana eccl'ia. legim⁹ enim
Qm̄ tu dns altissim⁹ sup oēm terrā nimis exaltatus es sup oēs deos.i. an⁊
gelos sc̄os qui dicunt dij participatiue. Dan.ij. Exceptis dijs quoꝝ non
est cū hominibus cōuersatio. Ita Nico.de lyra exposuit. Diu⁹ etiā Cyprian⁊
nus ait: Deos cū plures esse pticipatione nemo negat. Virg.vj.
Discite iusticiā moniti ꝛ nō temnere diuos Homerus.iiij.iliados
Contemni numen olympi.
Haud impune sinunt superi scelera impia q̄q̄
Distulerint: culpas boim grauiora morantur
Supplicia.
Dignus bonos superum Homerus.xxiiij.iliados.
Ibo equidem: neq; enim magni cōtemnere fas est Ibidem
Jussa iouis.
Nam vereor mandata iouis. Ibidem
De blasphemia. Tit.ix.
Nec nos insane meditantis iurgia lingue Tibullus epistola.iiij.certij.
Impia in aduersos soluimus ora deos.
Xp̄m venisse e celo ꝛ vginē. Tit.x. Eglo.iiij. Vir.e Sybille dictis
Magnus ab integro seclorꝝ nascitur ordo.
Jam redit ꝛ virgo redeunt ꝛ saturnia regna
Jam noua progenies celo demittitur alto.
Ne iures vana per eum. Tit.xj. Acontius Ouidianus.
Tantum periuria vita. Oui.j.de amoribus
Non bene conducti vendunt periuria testes.
Fidem seruandam. Tit.xij.
Nec violasse fidem tentantibus equora prodest Dido ouidiana.

Virtus poetica ad bonum impellens.

Perfidie penas exigit ille locus. Ouid.in.iij.artis.
Reddite depositum:pietas sua federa seruet.
Fraus absit:vacuas cedis habete manus. Syllius lib.ij.
Neu rumpite federa pacis.
Ne regnis post forte fidem.
Sabbata sanctifices.Titulus.xiij. Tibullus.i.elegia secūdi.
Luce sacra requiescat humus requiescat arator
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Omnia sunt operata deo:Non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manū. Iuuenalis sat.vj.
Ille petit veniam quoties non abstinet vxor
Concubitu sacris obseruandisq; diebus.
Natali die sacro ꝛ orādū ꝛ sacrificandū.Ti.xiiij. Tibul.ij.epla scdi
Dicamus bona verba venit natalis ad aras
Quisquis ades lingua vir mulierq; faue
Urantur pia thura focis:vrantur odores
Quos tener e terra diuite mittit arabs.
Casta placere deo ꝛ superis.Ti.xv. Tibullus epistola secūdi.
Vos quoq; abesse procul iubeo.Discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.
Casta placent superis:pura cum veste venite.
Et manibus puris sumite fontis aquam. Virgilius.iij.
Hac casti maneant in religione nepotes.
Habeas in honore parentes.Ti.xvj. Virgilius.ij.Ene.
Eia age chare pater ceruici imponere nostre
Ipse subibo humeris:nec me labor iste grauabit.
Quo res cunq; cadent vnum ꝛ cōmune periclum
Una salus ambobus erit.
Ascanium Anchisenq; patrem teucrosq; penates
Commendo socijs. Idem in.ix.
Unum oro genitrix:priami de gente vetusta
Est mihi quam miseram tenuit non ilia tellus
Mecum excedentem non menia regis aceste
Hanc ego nunc ignaram huius quodcunq; pericli est
Inq; salutatam linquo:nor ꝛ tua testis
Dextera:q; nequeam lachrymas perferre parentis.
At tu oro solare inopem:ꝛ succurre relicte.
Hanc sine me spem ferre tui:hac audentior ibo
In casus omnis.
Non occisor eris.Titulus.xvij. Iuuenalis sat.viij
Respice quid moneant leges:quid curia mandet.

Virtus poetica ad bonum impellens.

Premia quanta bonos manent. — Ouidius fast.ij.
Ah nimium faciles qui tristia crimina cedis
Fluminea tolli posse putatis aqua. — Syllius.iiij.
Ledumq; feros auertite ritus. — Ouidius in.iij.artis.
Uacuas cedis habete manus.
Non fur. Titulus.xviij. — Juuenalis.sat.iij.
Me nemo ministro fur erit.
Non mechus. Titulus.xix. — Juuenalis sat.xiij.
Nil dictu fedũ visuq; hec limina tangat.
Intra que puer est procul hinc procul inde puelle.
Lenonum: t cantus pernocranti parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: siquid
Turpe paras nec tu pueri contempseris annos
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. — Tibullus.iij.epla terti.
Ah pereat didicit fallere si qua virum — Ouidius in arte.
Odi concubitus qui non ueriq; resoluunt
Hoc est cur pueri tangar amore minus. — Tibullus.
O fuge te tenere puerorum credere turbe
Nam causam iusti semper amoris habet. — Ouidius.ij.de sine titulo.
Decepta est opera nulla puella mea.
Non testis iniquus. Titulus.xx. — Juuenalis.satyra.vij.
Esto bonus miles: tutor bonus: arbiter idem.
Integer ambigue si quando citabere testis
Incertaq; rei: phalaris licet imperet vt sis
Falsus t admoto dicteet periuria tauro.
Non vllius nuptam cupias. Titulus.xxj. — Ouidius.iij.artis.
Nupta virum timeat: rata sit custodia nupte
Hoc decet: hoc leges iusq; pudorq; iubent. — Juuenalis satyra.iiij.
Nemo malus felix minime corruptor t idem
Incestus cum quo nuper virtata iacebat
Sanguine viuo adhuc terrã subitura sacerdos. — Ouidius.ij.tristium
Sed neq; me nupte didicerũt furta magistro. — Homerus.xxij.iliados.
Coniunx erepta marito
Tanti causa mali t belli reddatur origo
Tyndaris: t quicquid cũ pellice vexit adulter. — Ouid.j.de remedio.
Nil mihi cum nupta thais in arte mea est.
Nec rem cupias alienam. Titulus.xxij. — Juuenalis satyra.xiij.
Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi.
Justicieq; tenax.
De superbia t vana gloria. Titulus.xxiij. — Juuenalis.satyra.xiij.
Uicerix fortune sapientia: Dicimus autem

Virtus poetica ad bonum impellens.

Vos quoq; felices: qui ferre incõmoda vite
Nec iactare iugum vita didicere magistra. Tibullus circa finem.
Procul absit gloria vulgi.
De auaricia. Titulus. xxiiij. Juuenalis. satyra. xij.
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam.
Sed vicio ceci propter patrimonia viuunt. Idem satyra. xiiij.
Sed que reuerentia legum?
Quis metus? aut pudor est vnq; properantis auari?
Mensura tamen que
Sufficiat census si quis me consulat edam.
Inq;tum sitis atq; fames t frigora poscunt.
Quantũ Epicure tibi paruis suffecit in hortis.
Quantum Socratici ceperunt ante penates.
Nunq; aliud natura aliud sapientia dicet
Crescit amor nummi q;tum ipsa pecunia crescit Juuenalis saty. viij.
Moduq; Pone t auaricie: miserere inopũ sociorũ. Ouidius. j. fasto.
Tempore creuit amor: qui nunc est summus habendi
Uir vltra quo iam progrediatur habet.
Creuerunt t opes t opum furiosa cupido
Et cum possideant plurima plura petunt
In precio precium nunc est: dat census honores.
Census amicitias: pauper vbiq; iacet. Licero. j. de legibus.
Quid enĩ fedius auaritia: Quid immanĩ libidine. Oui. j. de amorib⁹.
Turpe reos empta miseros defendere lingua.
Quod faciat magnas turpe tribunal opes
De luxuria. Titulus. xxv. Tibullus epistola. vij. tertij.
Quid queror? infelix turpes discedite cure. Ouidius. ij. de remedio.
Ad mala quisq; animũ referat sua: ponet amorem. Ibidem.
Nec minus crucas aptum est vitare salaces.
Et quicquid veneri corpora nostra parat
Utilius sumas acuentes lumina rutas.
Et quicquid veneri corpora nostra negat. Ouidius. ix. Met.
Quo fero? obscene procul hinc discedite flamme. Seneca in Hyppolito
Compesce amoris impij flammas precor Seneca in octauia.
Totum per orbem maximum est exortum malum
Luxuria pestis blanda. Claudianus.
Luxuries predulce malum que dedita semper
Corporis arbitrijs bebetat caligine sensus Tullius in paradoxis.
Refrenet primũ libidines: spernat voluptates: Iracundiam teneat: coerceat auaritiam: ceteras animi labes repellat.
De ira. Titulus. xxvj. Juuenalis satyra. viij.

Virtus poetica ad bonum impellens.

Expectata diu tandem prouincia: quum te
Rectorem accipiet: pone ire frena modumq;
Pone t auaricie: miserere inopum sociorū. Homerus. viij. iliados.
Procul hinc procul ira recedat.
Que turbat sapientem hominem quum falsa per artus
Humanos: fumi surgit crescentis ad instar Homerus. xx. iliados.
Pessima Jurgia iam cessent mos est mulieribus iste
Quum rixas acuunt t se clamore soluto
Extra tecta ferunt t verba minantia iactant. Horatius odarū. ij
Ire thyestem eritio graui.
Strauere t altis vrbibus vltime
Stetere cause cur perirent
Funditus imprimeresq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens. Ouidius. j. de fine titulo.
Sed nunq; dederis spacisum tempus in iram
Sepe simultates ira morata facit.

De gula. Titulus. xxvij.

Juuenalis sat. x j.
Interea gustus elementa per omnia querunt.
Nunq; animo precijs obstantibus: interius si
Attendas magis illa iuuant que pluris emuntur.
Nec mullum cupias: cum sit tibi gobio tantum.
In loculis: quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet eritus ere paterno
Ac rebus mersis in ventre?
Tales ergo sibi qualis domus atq; supellex.

De inuidia. Titulus. xxviij.

Ouidius. iij. tristium.
Uiue sine inuidia. Tibullus circa finez.
Nil opus inuidia est: procul absit gloria vulgi: Plinius. j. epistolarū.
Neq; n. ego vt multi inuideo alijs bonū q ipe careo Licero p lu. cornelio.
Est enī huius seculi labes quedam t macula virtuti inuidere.

De accidia. Titulus. xxix.

Juuenalis sat. x.
Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio: qui triplicem prestare paratus
Circuit t fatuos non inuenit vnde repente
Tot ruge: certe modico contentus agebas
Uernam equitem: conuiua loco mordente facetus
Et talibus vehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra: vultus grauis: horrida sicce
Silua come: nullus tota nitor in cute.

Uota t preces agendas. Titulus. xxx.

Uirgilius. vj.
Cessas in vota precesq; Tros ait eneas cessas. Ouidius. j. de arte.

Virtus poetica ad bonum impellens:

Fast.v.

Flectitur iratus voce rogante deus.
Sepe iouem vidi quum iam sua mittere vellet
Fulmina thure dato substinuisse manum.
Penitentiam iuuare. Titulus.xxxj.
Ouidius.j.de pont.
Sepe leuant penas creptaq; lumina reddunt
Quum bene peccati penituisse vident
Seneca in thyeste.
Quem peniter peccasse pene est innocens.
Non credendū cantibus. Ti.xxxij.
Ouidius.j.de remedio.
Deme veneficijs carminibusq; fidem.
Dido Mantuana.
Testor chara deos t te germana tuumq;
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.
Solā peccādi volūtatē hīi pro facto crimine. Ti.xxxiij.
Juu.sat.xiij.
Has patit penas peccandi sola voluntas
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum
Facti crimen habet.
Virgilius.vj.eosdem docet esse in tartaro.
Ausi omnes immane nefas ausoq; potiri.
Festa luce nō esse vēdendū emendūue. Ti.xxxiiij.
Juue.sat.xiij.
Que tam festa dies vt cesset prodere furem.
Perfidiam: fraudes: atq; omni crimine lucrum
Quesitum: t partos gladio vel pyride nummos:
Vindictā queri nō debere. Ti.xxxv.
Juue.sat.xiij.
Quippe minuti Semper t infirmi est animi exiguiq; voluptas
Ultio: continuo sic colligę: q; vindicta
Nemo magis gaudet q̄ femina.
Animas immortales. Titulus.xxxvj.
Ouidius.xv.Met.
Tullius libro.vij.de rep.
Morte carent anime.
Et vt mundū ex quadam parte mortalem ipse deus eternus: sic fragile corp⁹ animus sempiternus mouet:
Manilius libro quarto.
An dubium est habitare deum sub pectore nostro
In celumq; redire animas celoq; venire.
Seneca in thyeste.
Mortem aliquid vltra est: vita.
Infernum esse malorum penam. Titulus.xxxvij
Virgilius.vj.
Hac iter Elysium nobis. At leua malorum
Exercet penas: t ad impia tartara mittit.
Gnosius hec radamanthus habet durissima regna.
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri
Que quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Vic quibus inuisi fratres dum vita manebat:
Pulsatusue parens t fraus innexa clienti

Virtus poetica ad bonum impellens.

Aut qui diuitijs soli incubuere repertis
Nec partem posuere suis que maxima turba est
Quiqz ob adulterium cesi quiqz arma secuti
Impia nec veriti dominorum fallere dextras
Inclusi penas expectant ꝛc.
Vendidit hic auro patriam: dominumqz potentem
Imposuit: fixit leges precio atqz refixit.
Hic thalamum invasit nate vetitosqz hymeneos
Ausi omnes immane nefas ausoqz potiri.
Ergo exercentur penis: veterumqz malorum
Supplicia expendunt: alie panduntur inanes
Suspense ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni. Seneca tragedia.j.
Certus inclusos tenet locus nocentes.
Puniri post mortē q̄ añ nō purgarint scelus. Ti.xxxviij. Vir.vj.
Gnosius hec rhadamantus habet durissima regna.
Castigatqz auditqz dolos subigitqz fateri
Que quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem Cicero pro milone.
Et penam semper ante oculos versari putent qui peccauerint.
Paradisum seu beatorꝝ locum inueniri. Ti.xxxix. Virgilius.vj.
Deuenere locos letos ꝛ amena vireta
Fortunatorum nemorum sedesqz beatas.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi
Quiqz sacerdotes casti dum vita manebat.
Quiqz pij vates ꝛ phebo digna locuti.
Inuentas aut qui vitas excoluere per artes.
Quiqz sui memores alios fecere merendo.
Impium displicere deo. Titulus.xl. Dido Quidiana.
Pone deos ꝛ que tangendo sacra prophanas.
Non bene celestes impia dextra colit. Catullus.
Nec facta impia fallaciū hominū celicolis placēt Seneca tragedia.j.
Vtfert fama impios supplicia vinculis
Scua perpetuis domant.
Quid orandum a deo. Titulus.xlj. Juuenalis satyra.x.
Orandum est vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum ꝛ mortis terrore carentem.
Qui spacium vite extremum inter munera ponat
Nature qui ferre queat qnoscunqz labores
Nesciat irasci: cupiat nihil: ꝛ priores
Herculis erumnas credat seuosqz labores

Virtus poetica ad bonum impellens:

Et venere ꝛ cenis ꝛ plumis Sardanapali.
Permittes ipsis expendere numinibus.quid
Conueniat nobis rebusqꝫ sit vtile nostris.
Nam pro iocundis aptissima quoqꝫ dabunt dñ̄.
Charior est illis homo q̄ sibi:nos animorum
Impulsi:ꝛ ceca magnaqꝫ cupidine ducti
Coniugium petimus partumqꝫ vroris:at illis
Notum qui pueri qualisqꝫ futura sit vror.
Syllius.iiij. Justa ite precati.
Thure pio:cedumqꝫ feros auertite ritus.
Ira dei quid possit.Titulus.xlij. Ouidius.v.tristium.
Plus valet humanis viribus ira dei. Homerus.v.iliados.
Dura quidem res est mortalibus ira deorum:
Uenena nō danda nec scelera cogitāda.Ti.xliij. Tibul.iiij.epl'a.iij.
Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera:nec cuiqꝫ certa venena dedit.
Nec nos sacrilegi templis amouimus egros.
Nec cor sollicitant facta nefanda meum. Idem.vij.epistola tertij.
Quid queror infelix:turpes discedite cure.
Cultum honestū fore.Titulus.xliij. Phedra Ouidiana.
Sint procul a vobis iuuenes vt femina compti
Fine poli ꝑ modico forma virilis amat. Ouidius.j.de arte.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Forma viros neglecta decet.
Quales esse oporter.Titulus.xlv. Juuenalis satyra.viij
Malo pater tibi sit thersites:dummodo tu sis
Aeacide similis vulcaniaqꝫ arma capessas
Quam te thersite similem producat achilles.
Alcam fugiendam.Titulus.xlvj. Juuenalis satyra.j.
Et quando vberior vitiorum copia:quando
Maior auaritie patuit sinus:alea quando
Hos animos:neqꝫ enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabule:posita sed luditur arca
Prelia quanta illic dispensatore videbis
Armigero:simplex ne furor sestertia centum
Perdere ꝛ horrenti tunicam nō reddere seruo: Juuenalis satyra.xiij.
Si damnosa senem iuuat alea ludit ꝛ heres. Ouidius.j.de arte
Discе bonas artes monco romana iuuentus. Secūdo de arte.
Sit procul omne nefas:vt ameris amabilis esto.
Non esse publicanda malefacta.Ti.xlvij Ouidius.iij.tristium.

Virtus poetica ad bonum impellens.

Crede mihi bene qui latuit: bene vixit: & intra
Fortunam debet quisq; manere suam. Seneca in hypolito.
Alium silere quod voles: prius sile. Ouidius. iij. de amoribus.
Quis furor est que nocte latent in luce fateri.
Et que clam facias facta referre palam? Ouidius. ij. de remedio.
Nec peccata refer.
Sacra non tangenda a prophanis. Ti. xlviij. Secūdo eneidos.
Tu geniti or cape sacra manu: patriosq; penates.
Me bello ex tanto digressum & cede recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero. Dido ouidiana.
Pone deos: & que tangendo sacra prophanas
Non bene celestes impia dextra colit.
Non esse facinus legere versus molles. Ti. xlix. Ouidi. ij. cristiū.
Non tamen est facinus molles euoluere versus
Multa licet caste non facienda legant. Catullus.
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum: versiculos nihil necesse est.
Quare mortalium quidam a dei cultu abhorrēt. Ti. l. Juue. sat. x.
Omnibus in terris: que sunt a gadibus vsq;
Auroram & gangen: pauci dignoscere possunt
Vera bona: atq; illis multum diuersa remota
Erroris nebula: quid enim ratione timemus.
Aut cupimus? Juuenalis satyra. xiij.
Rari quippe boni: numero vix totidem quo
Thebarum porte: vel diuitis ostia nili
Sunt qui in fortunc iam casibus omnia ponant
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura voluente vices & lucis: & anni
Atq; ideo intrepidi quecunq; altaria tangunt
Est alius metuens ne crimen pena sequatur
Hic putat esse deos: & peierat: atq; ita secum
Decernat quodcunq; volet de corpore nostro
Jsis: & irato feriat mea lumina sistro
Dummodo vel cecus teneam quos abnego nummos
Ut sit magna tamen certe lenta ira deor est. Syllius. xiij.
Neu prime scelerum cause mortalibus egris
Naturam nescire deum: iusta ite precati
Thura pio: cedumq; feros auertite ritus
Mite & cognatum est homini deus.

Vite antonij Mãcinelli veliterni sylua.

Ascanius Quatrassius Sermo

netanus in vite autoris syluam.

Quod te vita docet q̃ sit castissima vatum
Per Mancinellum suscipe lector opus.

Vite Antonij Mancinelli Veliterni sylua: patriã mores: studia t cognomis causam continens.

Ue mihi terra parẽs: q̃ me genuere parẽtes
Cognomen fuerit qua ratione datum.
Que mihi iũcta thoro: q̃bus t comitat⁹ alũnis.
Hinc studia: hinc mores calliopea refer.

Que patria

¶ Volsco⁹ insignis magna t populosa Velitre
Est vrbs in latio rura vetusta tenens.
Colle sita est humili: clypei cui forma rotundi
Porta dupler insunt bis pia templa decem.
Sunt putei celestis aque: puteiq; fluentis.
Circũstant septem menia fonticuli.
Sunt platee: pulchreq; domus: sunt strata viarum
Est in conspectu mons: mare: saltus ager.

Laus patrie a vicinatu.

¶ Est pontina palus: Circeij: Asturia turris.
Menia Nuntumne fluctibus buda maris.
Non procul inde Antrum fortune regia quondam
Ardea non longe est: vrbs Lauinia prope.
Sermonceta iugo. Norbe Cora maxima turris.
Preneste a tergo montibus impositum.
Distat ab vrbe quidem viginti milia passum
Triginta a circes sedibus vrbe iugis.

Laus patrie ab agr⁹ vinetis t ceteris.

¶ Sunt fontes agro passim: sunt arua gregesq;
Uincta: arbustum: pascua: rura. nemus.
Hinc alimenta ignis: volucrum genus omne paratur
Hinc quoq; fuluus aper: capreа: cerua: lepus.
Brecula vina quibus Bnosi mitissima cedunt
Bargara vir segetes tot Libye ve ferunt.
Quot mare tyrrheno pisces capiuntur: ad vrbem
Hac pergunt: hinc est copia magna viris.
Non desunt lacuum pisces: non fluminis vlli
Sub ditione licet flumina nulla: lacus

Laus patrie ab augusto ĩ ea genito.

¶ Augusti patriam prisci dixere latini
Cesaris: imperium cui tribuere poli
Ante diu q̃ natus erat: nam fulmine tacto
Parte vrbis. Uates consuluere pios

Vite antonij Bacinelli veliterni sylua.

Responsum quandoq; fore: vt rerum potiretur
Liuis in Augusto sors ita vera fuit.

Laus phĩca viris doctis ¶ Hec eadem confert a viris quibus oppida nulla
Clara magis: seu ler seu medicina placet.
Astroꝝ celiq; vias: rerumue tenere.
Lausas: celicolum numina nosse deum
Pontifici summo tm̃ subiecta potitur
Jure suo: t quicquid prouenit ex aliquo.

Que mater ¶ Liberior nulla est sacre ditionis alumna
Hec: vbi puriens Angela te genuit.
Nomine digna suo virguncula iuncta Johanni
Lasta quidem mitis fida venusta pudens.
Octo t viginti nondum possederat annos.
Idibus Augusti dormijt alta petens.
Quinq; tm̃ genitis mulier prius edita partu
Hinc tu: post alius nomen aui referens.
Hinc Bernardinus: nata hinc cognomine prime
Infantes pereunt tres: duo tecta colunt.
Bis duo post mensis Iacoba est tradita patri
Angela nata tibi nomina matris habens.

Qui pater ¶ Corpe non alio fuerat pater inclytus acri
Ingenio. q̃uis grãmata nulla sibi.
Sepe magistratum gessit: nam sepe Nouemuir
Electus: sepe est missus ad ora ducum.
Judeos pepulit Liuis ob fenore pressos
Constituit montem qui pietatis inest.
Lege tamen posita fieret ne fenus ab vllo
Amplius: t pena est omnibus inde data
Tentauit quandoq; gens impia rursus
Allicere spreta religione cane.
Concilium petijt genitor furibundus t acer
Tum minitans clamat crimen onusq; fore.
Pro superos: Aurum tanti est: vt iura fidemq;
Dissoluat contra fasq; piumq; simul.
Hebreus sed eni rome corrupat omnes
Vix tamen egressus fulmine tactus obit.
Tum patrem direre pium: miracula cuncti
Dixerunt precibus talia facta patris.
Ex illo nemo est ausus tentare nefanda
Et magis atq; magis mons pietatis habet.
Post vbi lustra decem Genitori parca peregit

Vite antonij Mancinelli veliterni sylua

Destitit: heu pietas quid iuuat esse pium?
Impia fata viro mortem tribuere nefandam
Et si cultor erat maximus ille deum.
Impia fata nimis subita precordia labe
Presserunt: cecidit lingua animusq; simul.
Indoluere omnes orbati ciue benigno
Non aliter q̄z si patria capta foret.
Tu tamen ante alios luctu miserandus: t alter
Quo tibi restiterat gratius orbe nihil.
Lugebas merito charo genitore perempto
Cui fueras vita charior ipse sua.
Nam te dilexit plusq̄z pater vllus amarit
Hinc labor omnis ei non labor vllus erat.
Nec Bernardinum cura leuiore colebat
A quo: vt ledeo Castor: amatus eras.
Dum passa est Atropos seuissima dumq; sorores
Dum licuit celo sideribusq; frui.
Quinq; etenim lustris exacti tempor: is vsus
Post obitum nono mense parentis obit.
Infelix nimium Rome sine fratre peremptus
Dum vacat inuentis Delphice Apollo tuis.
Accessit cumulus fraterna morte parentis
Jacture: accessit luctus t vsq; dolor.
Vic opus arte fuit ne te q̄z portitor acri
Nerore affectum ferreus acciperet.
Profuit interdum sapientum visere libros
Profuit t somno lumina mesta dare
¶ Jam tibi cognomen dederit que causa docebo
Cum dederit primis ante Palūbus Auis
Dum Stephanus puer esset Auus: t cuoq; lacerto
Fortior accepit qō tibi nomen inest.
Tu dexter: Natiq; tui: fraterq;: Paterq;
Sed Mancinellus dicere sicut Auus.
Angela iuncta tibi iuni post octo calendas
Atq; decem: Nono mense peregit opus.
Porphyriū genuit: quinquēnē pestis ademit.
Martha secunda fuit peste perempta simul
Pindarus: t Quintus: Festus q̄z te comitant
Prisca: Aquilinus item: vel Titus astra tenent.
¶ Ordine cuncta modo referā quecūq; supersunt
Ut studia vt mores: que tibi parca dedit.

Cognominis causa.

Autoris studia.

Vite antonij Bꝫãcinelli veliterni ſylua:

Grammatice in puerum docti docuere latini
Cura cui fuerat maxima nãqꝫ patri.
Qui rector cuſtoſqꝫ pius Venuſinus vt olim
Expulit omne nefas: cõtulit omne decus.
Conſilio cuius ciuilia iura periſti
Ad logicam vertit poſt medicina virum.
At qm̃ data ſunt mortalibus omnia celo
Pieridas voluit reddere Virgo tibi.
Preteritis igitur ſeptem ter meſſibus eui
In patria doctor publicus eligeris.
Verborꝫ regimen: Variatio: Spica figure
Theſaurus: Flores: hic vigilata prius.
Gymnaſium poſt Roma dedit: Cõmenta Maronis
Tum Satyri: hinc flacci: Verſilogumqꝫ paris.
Pomponi hortatu Venetas deductus ad oras
Laurenti limam ſcribis: z inde Modum.
Somnia quis maior declaras Scipio viſus
Rhetoricenqꝫ ſimul vel Ciceronis opus.
¶ Segnis ad idaliam cauiſti furta maritę
Cauiſti quicquid turpius eſſe poteſt.
Non auidus rerum niſi quas natura requirit
Nemo tibi captus fraude doliſue fuit.
Nil preter rectum placet z laudabile quicquid
Turpe fugis: toleras qualiacũqꝫ libens.
Hinc placidus: mitis: verecundus: religioni
Deditus: hinc optas religione frui.
Mentiris raro: negligis conuicia magnus
Irato cedunt ira furorꝫ grauis.
Munere nam diuũ patiens tolerare paratus
Quicqd in orbe tibi fata dedere mali.
Somni qꝫ minimi curarum mole repreſſus
Nam tibi ni doceas victus adeſſe nequit.
Sepe neceſſarijs caruiſti: Celius olim
Paſſus idem: Nec nũc aureus vnus adeſt.
Poſt obitum viuens: aqua vel cibus: optima forma
Sacrorꝫ cultus: ſomnia grata ferunt.
At veuus e contra nummi: vel monachus: ignis
Auſpicium cornix ille vel eſto malum.
Corpore nõ tenui nec pleno longus haberis
Nigro octoginta lumine pollicibus.
Cumqꝫ nihil doleas ſincero corpore toto

Autoris mores.

Epitoma elegãtiarum ex Valla

Jam decies annos quattuor inde tenes.
Mille t quingenti fiunt nũc octo remotis
A puero cicli: quem pia virgo parit.
Sextus Alexander cleri iam pastor habetur
Post tamen Eugeni tempora lumen adis.
Hactenus ista satis: verum si plura supersint
Adjiciam post hec omnia: iamq; Vale.

Antonius Mãcinellus amicorum filijs.

Acini sermonis elegantiã cupiẽtes q̃ facit vnũqꝺq; verbũ pure t aperte dici t studiosi adolescẽtes: vnde melius q̃z hinc haurire possitis: haud facile repitur. Itaq; hortari: orare: vrgereq; etiã p̃ceptores vna deberis: vt die quoq̃ epitomẽ hãc vobis in lr̃ario ludo legãt exponant interp̃tent. Qꝺ si qui rẽnuent: studiũ ipi impendite. Illosq; vri p̃fectus inuidos credite: nostriq; inimicos laboris: atq; ex illis esse: qui cõtra veritatẽ clausis oculis vbiq; latrãt. Nam dicẽt aliqui epitomẽ hãc legi debere minime: q̃ Mãcinellus Laurẽtij documẽta corrupit. Cum aliter atq; ille docuerit in epitome legat. Ad ea: vti laurẽtij longiora p̃cepta cũ his breuioribus cõferant: respõdeat. Sic enĩ inspiciet: an Mãcinellus fidus in Epitome scriptor. In qua sane ad hũc ordinẽ redigenda mensibus q̃ttuor nõ sine labore ingẽti t tedio amicor̃ gr̃a vltro elaborauĩ. Juga siqꝺem nulla detrecto: dũ studiose pubi p̃desse volo. Qua de re q̃cunq; obscuriora habent magna ex pte clarissima reddã: qꝺ in multis etiã feci hactenꝰ. Decreui t enĩ latine linguę maria nauigãtibꝰ latẽtia saxa maximãq; scopulor̃ pr̃ẽ euellere: ideoq; nõ solũ triremes verũ baiane cymbe per altuz citissime nauigabũt. Scribo aũt rudibus: q̃ multi q̃ didicere nũq̃ alios docẽt qꝺ nesciũt. Opus ergo ijs docẽdi rõ q̃dam t via simplex facilis lata breuis aperta: decliuis potiꝰ q̃z accliuis. Illud p̃terea nosse: Scriptor̃ neminẽ licet optimũ malignitatis dentes vitare posse. Multi enĩ ad fingendũ parati: bñfacta quicũq; etiã lacerant: et quos reuereri deberẽt accusant: digni q̃ celeno supplicio affician̄t. Verũ ego malignor̃ nihil pendẽs latrantꝰ ab inceptο seribẽdi tenore nõ deterrebor. Erũt enĩ leones q̃ mea q̃z tulacũq; scripta aduersus canes defendãt. Quippe nullꝰ tã supis inuidiosus: quin ab aliquo foueat. Valete. Datum Venetijs idibus Martijs. M.cccc.xciij.

Epitoma elegantiarum ab A.

¶ Laurentij Vallensis Epitome Portusq; elegātie per Anto. Māciuellū Veliternū amicoꝝ filios.

¶ De litera. A.

Ab

Abs

Abdicare
Exheredare

Abigere

Abactores

Abigeus
Abigei
Abigendi studiū

Abhorreo

Exhorreo

Abstinētia
Continentia
Temperātia

Accipio

AB cū duab⁹ liquidis: ⁊ cū i qñ fit cōsonans adiungi solet vt ab lege: ⁊ ab legatis: ab litteris: ab rege: ab re: ab Jouc. Abs vero cū t vt abs te: abs tito. Interdū cū qui: vt Terentiꝰ. Abs quiuis boie bñficiū accipe gratū est. Hec Lau. Tu vero de ab legito limam nostram. Abdicare est expellere a bonis filiū: dū viuit pr̄. Exheredare vero post mortē: sed abdicare est grauiꝰ: qđ cētā in se exhereditatē cōtinet. Abigere significat ab loco fugare atq; expellere. vt abige muscas a facie mea scribēt. Quidā. Jbo in littus miser plātib⁹ aues abigā. Jtē abige oues capras asellos ab horto ab vinctis a pratis. Abigere quoq; significat furto tollere: atq; etiā latrocinio. Quintilianꝰ. Adhuc trāscuntiū abacti pecoꝝ greges sub hoc titulo defendebātur. Ūñ Abactores vocant pecuariosꝝ aīaliū fures: latrūculiue. Vos q̄dā Abigeos vocāt Vulpianꝰ inq̄t. Abigei aūt ꝓpric bi habent: q̄ pecora de pascuis vel ex armētis subtrahūt: et quodāmodo depēdant: et abigēdi studiū q̄si artē exercēt: equos de armētis vel oues de gregibꝰ abducētes. Ceterū si q̄s ouē oberrātem vel equos in solitudine relictos abduxerit: nō est Abigeus sed fur portiꝰ. ⁊ Claudius ait. Quāritas discernit furez ab abigeo. Nam q̄ vnā suē surripuerit vt fur coercebit: q̄ gregē: vt abigeus. Hic furez ab abigeo separat: vt supior fecit. Abhorreo ab hac re: idē est quod perq̄ alienꝰ sum ab hac re: semperq; postulat huiusmodi ablatiuū. Exhorreo autem hāc rez: idē est quod expauesco: nec vnq̄ iungit ablatiuo: sed actō dūtaxat. Hec Laurētius. Tu vero legito limā nr̄am. Abstinētia a Cōtinentia ita differt: q̄ abstinētia iusticia est. Cōtinentia vero illa q̄ inter virtutes quarta numerat q̄ eadē dicit Tēperantia ⁊ modestia. est enī hec quū a voluptatib⁹ nos cōtinemus. Abstinentia quū abstinem⁹ ab alienis nulli vim afferentes: nihil cuipiā eripientes. Non nunq̄ tñ indifferēter ponunt. Verū vt sentio Cōtinentie poteris dare nomē abstinētie potius q̄ e diuerso. Illud enī specialius videt: hoc generalius: quare rite cōtinentia vocat abstinētia. Accepi calamitatē dicimus: accepi cladem: accepi damnū: accepi iniuriā: accepi cōtumeliam: accepi repulsam: accepi vulnus quod nunq̄ vere aliter dicimus: non fustinui: non perpessus suz vulnus. Sed fere semper accepi: nisi more poetico: vt apud Ouid. li. ij. met. Nullā patiere repulsam. Et Licero: quū dixit. In domū multiplicatā bonoꝝ ib⁹ nō solum repulsam retulit: sed etiā ignominiā ⁊ calamitatē: minime cōtra hoc ꝓceptū fe-

Epitoma elegantiarum ab Ac.

cit. Acceptilatio: vide fero tibi acceptum: Accerso vel arcesso vtrūq; pro eo ad vocandū: vel voco. Terētius in and. Obstetricem accerso. Accipio t Sumo differūt. Unde quodā loco Valerius max. quū de Catone Censorio loqtur qui ensem de medijs hostibus recepit: ait: Ui nō coactus accipe: sed sua sponte sumere videretur. Quare si latine nos loq volumꝰ dicamus Dñm iesum carnē quidez humanā sumpsisse: mortē vero accepisse. Accessus est aditio: atq; appropinquatio: aduētus: itus. Accessio adiectio atq; incremētum. Accedo enī duo significat: vt accede ad ignē. i. adi atq; appropinqua. Et hoc calamitatibꝰ meis vel ad calamitates meas pōdus accessit. i. adiūctum est t increuit. Accusare est vel apud iudices vel apud aliū quemuis: etiā apud illū ipm quez accuses significare atq; ostendere aliquē peccasse. Incusare vero reprehēdere morez alterius t plerūq; cū querela: q; ab illo iniurijs affectus. Accusatio: vide. Ueni in opinionē. Aceruus minutarū ppric rerū est cōgeries: vt frumenti: vel leguminis: vel salis. Interdū etiā aliquādo maiorū: vt aceruos scutorū: t fere generale ad oia est. Strues aūt ppric lignorū. Strages vero cadaueruz interfectorū vno in loco multitudo siue humanorū siue mutorū. Sarcina vtensiliū t eorū q̄ ad cultū ad ornatū t ceterū vsum pertinēt. Res etiā nre domi cistis capsisq; cōpositas sarcinas vocamꝰ t sarcinulas. Acicula acus dicit: q̄ mulieres vtunt ad ornatum capitis. Tu vo lector aduerte aciculā esse q̄z piscē quēdā tenuē ac longū: q̄ acꝰ etiā dicit. Acinꝰ iter t baccas hoc interesse puto: q̄ acinꝰ interfructꝰ minutiores arborū fruticūue densius nascitur Bacce vo dispersiꝰ t rariꝰ. Inter acinos enī numerat vuc grana hedere grana sambuci tribuli: malipunici grana. Addo etiā morū et quicqd ijs est silē. Inter baccas vero fructꝰ lauri: fructꝰ oliue: comi: loti: myrti: lentisci: similiūq;. Nōnūq; Acini t bacce indifferēter ponunt: vt Uerg. Sāguineis ebuli baccis minioq; rubētē. Acta t gesta hoc differūt: q̄ gesta sūt in administratiōe mgr̄atus: t ī rebꝰ maiorib9: t ad rēpublicā vl̄ ad plurimos spectātibꝰ: vt gesta alexādri: gesta Pōpei: gesta Cesarꝭ. Acta vo etiā reꝝ puatarū t minorū acfamiliariū. Actor dr orator: q̄ agit cām: quicq; gestuz vultꝰ t corpis agit. Uñ tū ipa pnūciatio: tū oro q̄ habeť: tū oro scripta actio appellať. Itē actor dicit comedꝰ t Tragedꝰ. i. istrio q̄ agit gestꝰ in scena: t pres comedie actꝰ dicunt. Auctor est cāq; factor. hinc t poeta t q̄sq; alicuiꝰ opis cōditor auctor dicit t ille q̄ fecit aliq̄d opus: q̄ egit bellū: q̄ egit pacē: auctor est opis: auctor est belli: auctor est pacis. Actus t actio idē sunt: sicut Satꝰ t satio: cultꝰ t cultio: motꝰ t motio: nisi q̄ dicimꝰ actionem causarū non

Acceptilatio
Acce. sō t Accesso
Accipio & sumo
Accessus
Accessio
Accedo
Accusare
Incusare
Accusatio
Aceruꝰ
Strues
Strages
Sarcina
Acicula
Acinꝰ
Bacceꝰ
Acta Gesta
Actor
Auctor
Actus & actio

Epitoma elegãtiarum ab Ad

Actũ ꝙ

addẽ
Adducere
Addici

actũ. Actũ comedia ꝛ: nõ actionẽ. Actũ est: semp in malã ptem accipiẽ: vt actũ est de rep. i. respublica extincta: desperata: pdita est. ¶ Ad diẽ nõ venit. vide diem. Addicere est in auctione id est vendere quod publice fit vendere. Inde addicti apud veteres dicebant: qui ꝓris pnunciatõe ac iussu: cũ soluẽdo nõ essent credi toꝛib⁹ vendebant. ꝛ addictus morti destinat⁹ dꝛ. Licero. lib. iij. off. Et is q̃ morti addict⁹ esset: paucos sibi dies cõmendãdoꝝ suoꝛuz cã postulasset. Adeo

Adeo significat valde: vt Terẽ. Juuenẽ adeo nobilẽ: significat etiam intantũ: sicut Usq; adeo. Usq; eo. Adiectiua magis infinitũ siue actiuũ siue passiuũ postulãt substãtiua gerundiuũ gtĩ casus: vt tu es dignus habere opes: ꝛ es dign⁹ honoꝛari. Tu es letus me bene valere: ꝛ tu es let⁹ me honoꝛari. Tẽpus est gaudẽdi. locus est exposcendi: cõmoditas est alloquendi

Adiectiua
Subtia

Participia

Participia aũt ꝛ multa adiectiua ab verbis deriuata vtrãq; formam sibi vẽdicãt. Sed pticipia iuncta infinitis dicunt seruare vim pticipioꝝ. Juncta gerũdio: vim nois: vt Timẽs nauigare: ꝛ nauigãdi. Lupiens discere ꝛ discẽdi. Doctus ptus promptus cõsuetus cãtare: ꝛ cãtãdi. Timidus cupidus auidus nauigare ꝛ nauigãdi.

Admespectat

Ad me spectat. i. ad me ptinet: ad moꝛtẽ spectat id est quasi respicientẽdo tendit. Licero lib. iij. of. Si ad extremũ ad pernicie patrie res spectabit tẽ. Quinti. Et qñ ad pessimũ spectat cuẽtum miserabilis sis oporteꝛ: vt amatoꝛ esse videaris.

Admouco

Admouco manũ appono manũ: amoueo manuz: id est remouco.

Adorare
Supplicare

Adoꝛare ab oꝛo qñ est oꝛe pcoꝛ cõponit. Supplicare a plico ꝙ genu poplitemq; aut cerulcẽ plicam⁹: quũ a porẽtioꝛe aliquo magnũ q̃d pꝛecamur. Et tamen adoꝛare sine oꝛe hoc est sine voce fit: nõ sine plicatõe genuũ ꝛ gestu coꝛpis: nõ sine oꝛe ac voce. Hinc est q̃re supplicare tm̃ homini dat. Supplicare sine pcatione genuũ ꝛ gestu coꝛpis. Adoꝛare etiã mutis. Uñ Elephas ꝛ phenix ꝛ alia quedaꝝ irrationabilia solẽ adoꝛare dicunt: nosq; rebus mutis ꝛ sensu carẽtibus nõ supplicam⁹: sed adoꝛatõis honoꝛẽ exhibem⁹: vt regũ statuis: signis: vestib⁹: ĩfis: aliꝭq; similib⁹. Et pcipue imaginibus picturisq;: tum dei: tum sctoꝝ: tũ ipius etiã crucis: quã sapientes adoꝛãt: stulti etiã oꝛãt: Qõ de cruce: itẽ etiã de sudario dico: ceteriſq; similib⁹. Jdẽ de reliquijs sctoꝝ: quoꝝ coꝛpa pſentia adoꝛamus: aĩas vero absentes oꝛam⁹. Si q̃d aũt ad hec multa q̃ videmus dicim⁹ salutatõe vtimur: nõ pcatione. Quale est saluc scta cruꝛ.

Adsum

Adsum tria significat. Primũ: pſens sũ: vt adsum pugnet ꝛ in pugna. Secundũ: fauco: pſidioq; suꝛ Uergilius. Modo iuppiter adsit. Tertium est aduenio. Uergilius. Huc ades o formose puer.

Adsumã ſſima

Ad summã ꝛ in sũma: idẽ est qõ deniq; seu bꝛeuiter. Quin

Epitoma elegantiarum ab Ad.

tilianus. In summa nō recedo: fas est mihi inuitis etiā parentibus pie facere. Cicero de offi. Ad summam ne agam de singulis. Quinti. in hunc sensum vt solet semel: vt ibi. Ut semel oīa complectar. In cūdem sensum accipit breuiter: vt in geminis languētibus. Breuiter tñ crudelitas explicāda sentia est. Ad summū vero referr ad numerū. Cicero pro milone. Unus aut ad sūmum duo inuenti sunt: q milonis cām non ꝓbarēt. i. nō plures q̄ vn⁹ aut duo ex plurib⁹. Ad tēpus duob⁹ modis sumit. Uno ad cōditionē tēporis: necessitatē: opportunitatem. Cicero pro Milone. Quā ad tēpus apte simulatōes. Altero ad spaciū tēporis: vt silebo ad annū: latebo ad tēpus. i. vsq ad annū: t vsq ad tēp⁹ quodam: vel in tps: nā sepe subintelligit vsq. Aduentare est primū iam esse veniēdo. Uentitare vero est frequēter venire. Uictitare aūt significat nō frequēter viuere: sed vesci t quasi victu vti: vt Sarmare victitāt lacte. Aduersor tibi: sum tibi cōtrari⁹. Auersore significationē sumit a gestu: quoties ab aliqua re quā detestamur: vultū auertim⁹. Aduersus oppositꝰ opposito pectore atq obiecto. Auersus terga ostēdēs. Un illud tullianū: t aduersus t auersus impudic⁹ es. Aduerto oculos mentemue aliquo. id est oculos mēteue cōuerto. Auerto oculos aut mentem id est alicūde ꝙuerto oculos aut mētez. Aduocat⁹ t patron⁹ sic differūt: q illud generalius nomē est: q̄ hoc. vt nō tantū significet cū qui alteri⁹ cām agit: siqdez quicūq adest alteri in causa officiū gratia aduocat⁹ appellat: etiā si nihil dicat: neq agat: sed q tñ paratus sit defendere: vt Terētius in cunu. Tu abi atq ostiū obsera int⁹: dū ego hinc transcurro ad forū: volo ego hic adesse vobis aduocat⁹ in turba hac. Patronus aūt ꝓprie est qui agit causam: sed accusati nō accusantis: t prōcinari dicit tam verbo q̄ facto. Est aūt imbecilliorē pregere: a quo fit patrocinium. Patron⁹ etiā dicitur respectu liberti. Ad votū: t ex sentētia aliqd habere: in cadē fere significatōe dicit licet illud videatur affectus cuiusdam esse: hocratōis. Quintilia. habes ne vrorē ex animi sentētia? Et alibi et ad omne votū fluente fortuna lasciuit ociū. Adulari est inserpere t captare: vt fauorē emercamur quoquo modo: vel voce: vel gestu. Tractū est a potudulos: qd est ser⁹. Et sane adulari fuile est: nō liberale t ingenuū. Assentari vero est insidiose t cōciliāde alicui⁹ vtilitatis gra effusius t plerūq falso quempiam laudare. Blandiri aūt ad tactū ptinet: t p abusionē ad alios sensus: non nunq etiā ad animū. Quinti. Blādiar iudices paulisper calamitatib⁹ meis. Adulteriū: vti Papinian⁹ inqt: ꝓprie in nupta cōmittit. Stupr̄ū vero in ꝟginē viduaue cōmittit. Necille t plu

In summa

Ad summū

Ad tempus

Aduentare

Ventitare

Victitare

Aduersor

Auersus

Aduersus

Auersus

Aduerto

Aduocatus

Patronus

Adulari

Potudulos

Assentari

Blandiri

Adulteriū

Stupr̄ū

ra. Tamē nō rite iurisc̄ōsulti excipiūt stupr̄ū a nupta. Cū etiā in quotidiano ſmone sic loq̄mur. Un̄ est apud Quinti. Uxor mari/to dixit appellatā se de stupro a priuigno. Itē alibi. Quare ego ita sentio. Stupr̄ū esse coitū lege ueritū q̄ duplex est. Un⁹ cū nupta aut cū puero: aut cū sanguine p̄iūctis: aut cū sanctimonialibus: q̄q̄ hec duo posteriora pot⁹ appellam⁹ Incestū. Aliter quū vim afferim⁹ cuilibet p̄sone etiā ancille. Un̄ stupr̄are dupl'r accipitur. ¶ Edes in pl'ali pro domo accipiť: in singl'ari nunq̄. In singl'ari vero ꝛ pl'ali pro tēplo. Dicemus itaq̄ pro tēplo duas tres q̄tuor deox̄ edes: duas sacras edes: pro domo binas ternas quaternas q̄nas ꝺuatas edes. Ediles a sacris edib⁹ dicti sunt: q̄b⁹ curādis ꝓpositi erāt. Editui ab edib⁹ sacris q̄s tuenť appellati sunt nō a ꝺuat'. Edifi care magis ad domos boīm spectat: q̄q̄ deox̄: nec do mos tm̄ vex̄ etiā naues. Eger pedib⁹: ꝛ pedib⁹ egris ꝺr. Salu. Ut ex altera pte. L. Antoni⁹ pedib⁹ eger in p̄lio adesse nequibat. Licero Quitilianusq̄ dixissent pedib⁹ egris. hec Lau. Ego addā Ualeriū maxim li. v. dixisse pulsu venax̄ cōpetit cui⁹ morbi eger esset. Egrescit. i. egrior fit. Uer. de turno: cui⁹ augebať egritudo ad latini salubria ꝓsilia: egrescitq̄ medēdo. Eq̄lis ꝛ eq̄bilis pro pari accipiunť: vt i illo. sint pares in amore ꝛ eq̄les. Licero. Nos ius eq̄bile q̄ aliq̄d vtilitatis hēret accepat. Itex̄. Et vox reducit in sonū quēdā eq̄bilem atq̄ ꝓstātem. Eq̄lis etiā sepe accipiť pro coetaneo siue coetuo. Uergili⁹. Eq̄lemq̄ ab humo miserās atol/lit amicū. Erariū repositoriū eris. i. nūmox̄: similiūq̄ rex̄ p̄cio/sarum atq̄ opū. Estimare est considerare. Existimare iudicare. Itaq̄ p̄ius rē estimam⁹: deinde q̄lis sit existimam⁹. Licero ī ver rinis. Expēdite hec atq̄ estimate. Un̄ dictū: estimare pro taxare ab es eris: ꝛ Timi grece q̄ ꝺ est p̄ciū latine. Ouidi⁹ libro tertio de triſtib⁹. Q̄ ꝺ quicūq̄ leget: si q̄s leget: estimet ante. Cōpositū quo si rpe: q̄q̄ loco. ¶ Affatim idē est q̄ abunde. Affectio est animi ꝛ corpis ex rpe aliq̄ ꝺ causa mutatio: vt letitia: cupiditas mer⁹: mo lestia: morb⁹: debilitas: ꝛ alia q̄ in eodē genere reponunť. Affectus ꝓpie apud nos dicit q̄ ꝺ greci vocāt pathos: ponit etiā sepe affe/ctus pro affectōe. Afficio: vide facio tibi iniuriā. Affore vt alia cōposita a fore: fere nuda ponunť sine noie ꝛ sine p̄cipio. Uerg. Affore cernet'. Statius tñ lib. i. th. videt accipe pro significatōe p̄ctis. Sensit manifesto numine ductos affore: quos nexis am/bagib⁹ augur appollo portēdi generos vultu fallēre ferarū edide rat. Defore Marcus Tullius: Uerū arbitrabanť: non defore q̄ illā restituerēt. Conf ore ꝛ Prof ore apud comicos. Horatius itē Que nocuere sequar: fugiā que ꝓfore credam. i. ꝓfutura esse. Age

Incestus

Edes

Ediles
Editui
Edificare
Eger

Egrescit
Equalis
Equabilis

Erarium
Estimare
Existimare
Timi

Affatim/Affectio

Affectus
Pathos
Afficio
Affore

Defore
Conf ore
Prof ore
Age H

Epitoma elegantiarum ab Ag.

singularē numerū desiderat: agite pluralē. Agedū vo nō singularē tm̄: sed etiā pluralē: t in carmine t in ꝓsa. Tu vero lector aduerte dici etiā agitedū: sed in plurali semp. Liuius li. vij. Agitedum ite mecū. Agere grās est verbo. Habere grās est aīo: quū memorem accepi bñficij mentē animūqz habeo t inuicē gratificādi voluntatē. Referre siue reddere grām vel grās: vtrūqz enī dicit: est facto t dicto. Nā dicēdo nonunqz ꝓsumus eque atqz faciendo.

Agedū
Agitedū

Agere
habere grās
referre

Dicim⁹ itē ago grates: sed sepi⁹ apud poetas: q necessitate ꝓsus agere grās dicere nō pñt. Cicero libro sexto de rep. Aliquandoqz post inspexit ad celū: t grates inqt tibi summe sol ago: vobisqz reliqui celites. Agere delectū: vide Deligere. Agere ducere est. Vñ Laius inqt. Ferri ꝓprie dicim⁹ que q̄sqz corpe suo baiulat. Portari ea que ḡs iumēto secū ducit. Agi ea: q̄ aialia sūt. In hoc ipe Laio assentior: ni q̄ portare est etiā suo corpe interdū etiā magis q̄z ferre. Terētius in and. Quo puerū portas? Hora. Ne forte sub ala fasciculū portes librorū: vt rusticus agnū. Agere aūt nō vno modo dicit. Sed de vno tm̄ nō tacebo. Martialis li. j. epi. Sēp per agis causas: t res agis attale semp. Est nō est qd̄ agas attale semp agis. Si res t cause desūt: agis attale mulas. Attale ne qd agas desit: agas aīam. Celius ad Ciceronē. Portēsius quū has lras scripsi aiam agebat. i. expirabat. Age vero: sane vero. Enīz vero: Jam vero. at vero dicitur. Age aūt Sane aūt. Enī aūt. Jā aūt: at aūt non dicit hec Lau. Tu vero in nra lima leges. Jam aūt recte dici. Agricolare. Optima res est agricolare recte dicit: optima res est agricolandi: dicitur non recte qz sic illud resoluit agricolare est optima res: hoc resolui sic nō pōt agricolādi est res optima. Aggregabo te illis: vulgo dicim⁹: t cicero ait aggregare te solco in numerū nrm. Albani er oppido alba in latio. Albenses ex oppido alba ad lacū fucinū: q a q̄busdā albani dicunt. Aliquis. Quisqz. Quispiā. Ullus. idē significat. Ullus tm̄ quodā modo claudicat: nec fere citra negationē: q̄si citra baculū īgredi pōt: nisi interrogatiue: vt vocat me vllus? aut subiunctiue: vt si vllus me vocat. Nunqz plane: affirmatiue: sicut illa supiora. ¶ Alleuo: vide leuo. Alludere est: quū aliud dicim⁹ ad aliud latēter referre sentētiā. vt Virg. Actiaqz iliacis celebram⁹ litora ludis. Dū enīz narrat ludos enee alludit ad augusti victoriā: quā ꝑra Antonīū in his locis portit⁹ est. Alter de duob⁹ dici: ali⁹ de multis notuz est oībus: licet non oēs recte vtant. Macrobius in sat. Cū igit assenerim⁹ q̄ttuor in corpe fieri digestiones: quaꝝ altera pendet er altera: dicēdū erat: quarū alia pēdet er alia. Plini⁹ q̄z inqt de formicis li. xj. Quā er aduerso conuebūt altera alterius ignara.

Agere
Ferri portari
agi

Agere vero

Agricolare

Aggregabo

Albani
Albenses
Aliquis
Ullus

Alleuo

Alludere

Alter alius

Quare dicamus aliquãdo sic loqui esse pmissum. E diuerso non nunq̃ de duobus dicimus alius: nec dicere alter possum⁹: vt duo bitatur vter excellat Sallusti⁹ an Liui⁹: t alius aliũ pponit: non aũt alter alterum. Aliquãdo accipit alter pro secũdo ex duobus pluribusue: vt Unus alter tertius quartus. t hic est alter annus belli punici. i. secũdus annus ab origine belli. Ego altero mense repudiaui vxorẽ. i. secũdo mẽse a ductõe vxoris. ¶ Altilis auis: altilis piscis: altilis quadrupes: q̃ sagina altus siue alitus est: atq̃ saginat⁹. Alucariũ rametsi põt dici locus vbi sunt aluei apum: tamẽ potius accipit pro copia alucoꝝ eodem in loco collocatoꝝ ac mellificantiũ. ¶ Amamus inter nos: amatis inter vos: amant inter se. Non autẽ amamus nos inter nos tẽ. Cicero ad fratrem Pueri valde inter se amant. Amare plus est q̃ diligere. Cicero ad brutũ. Sic igitur facies t me aut amabis: aut quo contentus sum diliges. Adamare est amatorie amare: vt Quinti. Oẽs mares liberos suos tanq̃ adamauerit amant. Amator in malam ptem: amicus in bonã accipit. Terẽtius. Here putaui hũc Pamphilũ amicũ: amatorẽ virũ. Ubi ne putares amicũ accipi in malam partẽ: adiecit amatorẽ. Sed apud prosam hoc obseruatum semper inuenies: apud poetas fortasse nõ semper. Amatoriũ genus veneni amorem vel insaniam ingerẽtis. Ambitio in animo est: ambit⁹ in actu: nã qui pter modũ cupit: aut honores: aut laudem: ambitiõe peccat. Qui vero dilargit pecuniã suam aut pplo muneribꝰ ludisq̃ blandit: aut ceteris artibꝰ: que legitime nõ sũt: ad publicos honores tendit: ambitũ cõmittit. Cui⁹ similis quã hodie simoniã vocãt a simone mago: nisi q̃ hanc tantũ in rebus sacris volũt esse. Ambit⁹ ab ambio venit: illa aũt oĩa que ambitus facit: ambitio facere cõpellit: a qua ambitiosi dicunt: non ab ambitu. ¶ Animans generis est feminini: vt Cicero. Reqrat atq̃ appetat: ad quas se applicet sui generis animãtes. In plurali tñ etiã neutri generis inuenit: nõ nunq̃ in singulari. Animaduerto in te: est punio te: animaduerto te: id est intueor. Punire aũt quo rũcunq̃ siue iure: siue iniuria. ¶ Animaduertere est ei⁹ qui in alterũ hꝫ potestatẽ ordine acrite: id est cũ animaduersione punire. Sed hoc modo refertur ad personas. Animaduerto vero te pro intueor: ad rem t ad psonam referri potest. Animosus. i. habẽs in se vehementiã ac copiã animi: sic ingeniosus seditiosus t silĩa in osus: a noĩe descẽdẽtia. An t aut cõiunctões sũt. Quint. inqt: Male tamẽ interroges: hic aut ille sit: sed pleriq̃ multis iã seculis peccauerũt ac peccãt. Si diligẽtius aduertissent: non in aut sed in an interrogationẽ cõsistere depbendissent: vt apud Cicero

Altilis

Alucariũ

Amare
Diligere

Adamare

amator
amicus

Amatorius

Ambitio
ambitꝰ

animans

Animaduerto
punire

Animosus

An Aut

nem: An vero romulus ille: aut pastores: aut cõuenas ꝯgregasse: aut sabinoꝝ connubia coniunxisse: aut finitimoꝝ vim repressisse eloquẽtia videtur. Nõ est hic multiplex interrogatio quasi de horum singulis interrogetur: sed duplex sic: nunquid romulus hec omnia fecit eloquentia: an non fecit. ¶ Anniculus puer: anniculata puella: anniculũ iumentũ: hoc est vnius anni: sicut bimus bima bimũ: id est duorũ annorum. Trimus trima trimũ: triũ annoꝝ. Quadrimꝰ ma. mũ. quattuor annoꝝ ⁊ nõ amplius. Nec de animalibus modo sed de inanimatis: vt anniculum vinum: bimũ oleum. De pueris tamen magis loq̃mur per diminutiuũ bimulus. Trimulus q̃drimulus: qꝝ intra hos annos adhuc parui sũt

Annona: vide penu. Annuus eodem modo dicimus quo diurnus: spatium diurnũ: spaciũ annuũ. Unius diei. Unius ve anni. Annuus quoqꝝ quomodo quotidianus. Febris quotidiana est que singulis diebus venit. et annua. i. que fiunt singulis annis. Annuatim aduerbiũ est ab anno: quo Plinius lib. ij. vtit: dicẽs herodoto teste. Qui tradit singula milia talentũ annuatim thuris pensitasse arabes regibus persarũ. ¶ Antehac. i. ante hoc tpꝰ.

Post hac. i. post hoc tpꝰ Ante lucem dicimꝰ si diluculũ significam. Nanqꝫ ante diez pro ante tẽpus dici solet. Uel ante sextũ kalendarũ nouẽbriũ. id est sexto die ante kalendas nouembris. Dies aũt ꝓpe semp est. f. g. vt ipsa dies facit hoiem prudentem. Uñ pedianus vult fieri Dieculam ꝓ paruo tẽpore. ¶ Antiq̃ senes vocant quantũ ad ꝓuatã ipsoꝝ vitã q̃ vsqꝫ ad senilẽ etatẽ vixerẽt. Ueteres q̃ntũ ad publicũ tpꝰ. q̃ alia etate vixerẽt: etiã si ad senium nõ puenerit. Uñ q̃dam minores fuerũt seniores veteribꝰ. Antiq̃ vtriqꝫ dicũt: sꝫ magis veteres q̃ꝫ senes. ¶ Antoniaster ⁊ fuluiaster. i. antonij et fuluij imitatores. In aster enĩ huiusmodi nomina imitationẽ potiusq̃ diminutionem significat. Surdaster aũt ⁊ recaluaster diminutionẽ significat. Surdaster enĩ nõ plane surdus est: sed vt sic dicam surdulus et Recaluaster qui frõte calua est non toto capite: quasi recaluaculus: quod est diminutiuum. ¶ Apertile latus: quod apertum est. Ouidiꝰ de trist. Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri. Tu tñ videto in lima nostra. Apiastrum: Mentastrum. i. apium ⁊ mentam imitans: ea enim que faciunt in aster imitationem potius, significant q̃ꝫ diminutionẽ vt oleaster pinaster: imitans oleam et pinum. Uidero tamẽ limã

Apparare: et preparare ita differunt: q̃ preparare est antea parare: que sibi vtilia sunt: aut fore credit. Apparare ad dignitatem quandam ac verius pompam. Ideoqꝫ oratores preparant quibus obtinere causam possunt: ac proemium apparatum reprehẽ

dit: q plus pompe atq ostẽtationis habet q̃ vtilitatis habere vi
deatur. Apparatus aũt videt significare vtrunq: vt apparatus
belli: quasi ꝑparatio. Appendere idẽ est qđ suspẽdere: vt appẽdi
uas. Item ad lancem staterã ve põderare. Cicero in Antoniũ:
vt iam appẽdatur pecunia non numeret. Perpendere est exacte
ponderare atq examinare. Cice. Quid in amicicia fieri oporteat: q
tota virtute perpẽditur. Expẽdere eiusdem fere significatõis est.
Idem in Uerrem. Deinde hec expẽdite atq estimate. Impende
re aũt ab impẽdeo est supra caput iamiã: casurũ pcedere vt nubes
impẽdent. Appeto cũ affectu. Expeto cũ ratõe. appeto qualia
cunq. Expeto honesta: planeq bona: inde deriuat appetit9: qui
immensa t imoderata cupiditas dicit. Apud te: t penes te diffe
runt. Ut enĩ vulpian9 ait. Penes te amplius est: q̃ apud te: nam
apud te est q̃litercũq a te tenet. Penes te est: quod quodãmo
do possidet. Nonunq etiã loco seruit. Cicero ad her. Sed penes
scenã. i. apud scenã. ¶ Aquatile aial in aqua degẽs dicit. ¶ Aquo
sum qđ habet in se vehementiã: ac copiã aque. Aratio nõ actio
nem modo. sed rem etiã ac corpus significat: sicut oia in lo: a supi
nis profecta: vt possessio sessio. Cicero in Philip. De quõdã ara
tiones cãpani t leontini agri populi ro. patrimonio grandi fere t
fructuose serebãtur. i. bi agri ad arandum idonei. Idẽ in eisdem:
qđ possessiones datas quid ereptas proferam. Idem de orato: e.
Tot locis sessiones gymnasioꝝ. i. tot sedilia. Ea tamẽ que sunt
significare certū populi assistentis. Item oratione ipsam que ad populū dicetur. [Altera lex iubet] Ordo est. Altera lex iubet augurem in concione nominare: supple eum qui petat locum indemortui. [Indemortui] Indemortuus dicebat qui in magistratu nondū finito moriebatur. [Multa] Ulpianus de verborū significatiōe scribit penā generale nomē esse olim delictorū coercionē. Multā vero specialis peccati: cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Pena autē non tm pecuniaria: verum capitis ꝛc. Plau. tamē in amphi. ait. Nūqd causam dicis quin te hoc multa ceem matrimonio. Et Cicero li. j. tuscul. ait. Que est igit eius oratio qua facit cum Plato vsum apud iudices iam morte multatum. [Et ambiguo ꝓtrouersia nascit] vt Fabius lib. vij. scribit. Amphibologie species sunt innumerabiles. Aut em vocib accidit singulis aut ꝓiunctis. Singula afferunt errorē: quū pluribus rebus aut hoibus cadē appellatio est homonyma dicunt: vt gallus. vtrū em gentē aut nomen auis significet incertū est. Et aiax an thelamoni⁹ an oilei filius. Uerba q̄z quedā diuersos itellect⁹ habēt: vt Cerno. que ambiguitas plurimis modis accidit. Ufere lites p̄cipue ex testamētis quū de libertate aut etiā de hereditate contēdūt q̄bus idē nomē est. aut quid sit legatū queritur. In ꝓiunctis plus ābiguitatis est: vt Aio te eacida romanos vincere posse. [Per collocutionē] vbi dubiū est q̄d quo referri oporteat ac frequētissime quū quidē q̄ mediū est vtrinq̄ possit trahi vt de Troilo Uergili⁹. Lora tenēs tātū. Hic vtrū q̄ teneat tm lora: an q̄uis teneat tantū trahat queri potest. Undē ꝓtrouersia illa. [Testamēto] quidā iussit poni statuā aureā hastam tenentē Querit an statua hastā tenens aurea esse debeat: an hasta esse aurea in statua. Sepe vti duoꝝ antecedētiū sermo subiectus sit in dubiū est: vnde est ꝓtrouersia. heres me⁹ vxori mee dare dānat⁹ est argenti quod elegerit pōdo centū. Uter eligat: querit. Que volet: hic cōsistit amphibologia. vtrū em ad Tullii vel ad Terētiā referendū sit dubiū est. [Ex definitiōe] Uictorinus lib. j. rhetorice sic ait. Definitio talis est. Homo est animal rationale bipes risus capax. Descriptio vero talis: Homo est qui rectū verticē rotūdo capitis attollit: cuius sunt sub collo humeri brachiaq̄ demissa: ꝛ cetera in hūc modū. Diomedes aūt sic. Diffinitio est oratio que id de quo querit aperte describit ꝛ determinat. Cicero sic eā diffinit. Diffinitio est oratio: q̄d sit de quo querit ostēdit q̄z: cuiusmodi. Lucius saturni⁹. L. Apuleius saturninus trib. pleb. seditiosus fuit: de quo plura Ply. de viris illust. vbi etiā ait q⁹ aurū dolo aut scelere cepionis partū ad emptionē agroꝝ quercit: aqua ꝛ

igni interdixit ei qui in leges suas nõ iurasset. Meminit t Liuius li. lxix. Legem frumentariã ad frumentũ prinentẽ. [Desemissibꝫ t triẽtibꝫ]. i. de sexta parte t quarta. Semis cm sexta pas assis est. Triens vo quarta. erant aũt t põdera t mẽsure. [Questor vrbanus] Aiunt questores appellatos q publice querẽde pecunie ppositi essent. Erat autẽ questor aliquis: qui erariũ t vrbane pecunie curã gerebãt. Aliquis vero ꝓuincias exigẽdis vectigalibus sorticbaꝫ: aliquis maleficia cõquirebat. Varro autẽ sic ait Questores a querẽdo q cõquirerẽt publicas pecunias t maleficia. Erariũ dicit locus publicus vbi reponunt thesauri vel pecunie ab ere: vnde pri pecunia fuit. [Largitionẽ] largitas rationabilis dicit: largitio vero viciũ: quũ ob iniustã causam alicui largitur aliquid referꝫ aũt ad ꝓdigalitatẽ non liberalitatem [Intercedere] oppugnare t impedire ceperunt. [Cistellam] qua scilicet suffragia populi in creandis magistratibꝫ legibusq ferendis colligebant. hanc alii Sitelã appellant. Cicero cm in oro ꝓ Cornelio de maiestate sic ait. Neq maius est legere codicẽ cuz intercedatur q Sitelam ipsam cum ipso intercessore deferre. [Pontes] gradus quibus pulpitũ ascendebant. [Quo secius] vt aliter. [Maiestatis] Cicero li. rhcto. de inuẽtiõe sic ait. Maiestatẽ minuere est de dignitate aut amplitudie aut potestate populi aut horũ quibus populus potestatẽ dedit aliquid derogare. Liber autẽ .ij. rhcto. ad Herennii idem Cic. sic ait. Maiestatẽ is minuit qui ea tollit ex quibꝫ rebus ciuitatis amplitudo cõsistat. hec sunt ea que capiũt suffragia populi: t magistratꝰ cõsiliũ. Nempe igit tu t populũ suffragio: t magistratũ cõsilio priuasti. quũ pontes disturbasti. Item ex cõtrario maiestatẽ is minuit qui amplitudinẽ ciuitatis detrimẽto afficit. Ego nõ affeci: sed phibui detrimẽta: erariũ conseruaui: libidini maloꝝ restiti: maiestatẽ omniũ interire nõ passus sum tẽ. [Ex translatiõe]. i. transmutatiõe. nũ alio modo: alio tẽpore: alio loco. nũ alia lege: num alio querẽte aut agẽte. [Tẽpus differẽdũ] vt si quis ab aliquo cõmodatũ frumẽtũ peteret mẽse aprilis: debitor vo diceret se debere in iunio post messem seiz. [Accusatorẽ mutandũ] vt si dñs accusarẽt a liberto t seruo iã manumisso: aut patronꝰ a cliente: aut pater a filio: Lauent em leges ne quis horꝝ pdictos accusent. [Judices mutandos] Ut siquis accusarẽt episcopo quũ esset accusandus pretor. [Reus] id est accusatus. Is em ẽ reus: qui defendit t ꝓpulsat accusationẽ. Ut autẽ Festus ait: reus dictus est ab re quã ꝓmisit ac debet. [Hac pte cõstitutiõis]. s. legitime. Nã dictũ est esse sex ptes cõstitutiõis legitie: [In iudicijs]

in rebus criminalib⁹:in quib⁹ ẽ accusatio ⁊ defensio.[In iure ciuili] in rebus pecuniarijs:⁊ in quib⁹ agitur de ciue.[Iuris ciuilis sciẽtia] Cicero in topicis scribit ius ciuile id esse quod in legibus senatusco̅sultis rebus iudicatis iurisperitor⁹ auctoritate edictis magistratuũ more equitate constat.Paulo q̃ supi⁹ dixerat. Jus ciuile est equitas cõstituta ijs q̃ ciusdẽ ciuitatis sunt ad res suas obtinẽdas. Idem q̃z lib.j.de oratore scribit q⁹ tenẽda ẽ oratori omnis antiq̃tas:exemplorũq⁹ vis:neq⁹ ius legũ aut ciuilis iuris sciẽtia negligẽda est.[Peculatus]id est furtũ publicũ.⁊ dicit a pecore.tunc quũ romani primi pecudes nihil haberent Auctor est Festus[Furtum]id est occulta surreptio: vt ait Nonnius. Ut autẽ in digestis scribit:furtũ est cõtractio vel cõtrectatio fraudulẽta rei alicne mobilis:corporalis:que fit inuito domino:cuius res fuit animo lucrãdi.[In priuata actiõe]id est ciuis ad ciuem:persone ad psonã. Est autẽ actio ius psequẽdi.[Pretorie exceptiões]pretor vrbanus dictus qui preiret iure. Itẽ pretor dictus qui preiret exercitui:vt Varro scribit.[Pretorie exceptiões est]institutiões.adeo quidẽ aucta est pretoris auctoritas vt q̃ pretor ipse dixisset:ob ipius honorẽ ius honorariũ vocaretur [Ex ratiocinatiõe]Fabius li.vij.syllogismũ appellat.vbi ait q⁹ syllogismus habet aliquid simile scripto ⁊ volũtati:quia semper pars in eo altera scripto nititr. Et postea inquit. Ergo hic status ducit ex eo q̃ scriptũ est ad id quod incertũ est.q̃ quoniã ratione colligit:ratiocinatiu⁹ dicit. Ut autẽ Cice.li.j.rheto.de inuẽtione ait. Est oratio ex ipa re pbabile eliciens:quod expositũ ⁊ p se cognitũ sua se vi ⁊ ratiõe confirmat.[Sine pria lege]Fa.li.vij. vbi de syllogismo tractat inqt. Maioris pugne est scripto ducere quod scriptũ nõ est.qui patrẽ occiderit culeo insuat.[Matrẽ occidit] In hoc genere hec querunt. An quoties pria lex nõ est simili sit vtendũ.an id de quo agit ei de quo scriptũ est simile sit. Simile aũt ⁊ maius est ⁊ par ⁊ minus i illa prioze: an satis lege cautũ sit an etsi parũ cautũ est ⁊ hoc sit vtendũ. In vtroq⁹ de voluntate legũlatoris. Sed de equo tractat⁹ potẽtissimi [Ea cuius modi est] Ea scilicet cõtrouersia ex ratiocinatiõe [Culeo patricidi de cũ puniebant culeum.i.corio in quo simia canis serpẽs ⁊ gallinaceus cum ipo inducebat. Deinde vel in vicinũ mare vel i amnem proijciebat:vt omniũ elemẽtor⁹ vsu viuus carere inciperet: ⁊ ei celũ superstiti:terra mortuo auferret ⁊c. De culeo quidẽ latius dixim⁹ in Juuenale Satyra.viij. Cicero aut ẽ in oratiõe pro scio sic ait. Quãto maiores nostri sapiẽtius:qui quũ intelligerent nihil esse tam sanctũ quod non aliquãdo violaret audacia

supplicium in parricidas singulare excogitauerũt: vt quos na/ tura ipsa in officio retinere non potuisset: magnitudine pene ma lefici o summouerent. Insui voluerũt in culeũ viuos: atq; ita in flumen deiici. O singularẽ sapientiã iudices: nõne videntur hũc hominẽ ex rerũ natura sustulisse ⁊ eripuisse. Cui repente celũ so/ lem aquã terrãq; ademerint: vt qui cum necasset vnde ipe natus esset. careret is rebus oĩbus ex quibus oĩa nata esse dicunt. Noluerũt feris corpus obiicere: ne bestijs quoq; que tantũ sceles attigissent imanioribꝫ verentur. Non sic nudos in flumen dei/ cere: ne quũ delati essent in mare ipsum polluerẽt. quo cetera que violata sunt expiari putant ⁊c. [Gentiliũ] Gentilis dicit ex eo/ dem genere ortus: ⁊ is qui eodẽ nomine appellatur: vt scribit Fe stus. [Paterfamilias] Familia antea in liber/ hominibꝫ dicebatur quoꝫ dux ⁊ princeps vocabat pater: ⁊ materfamilias: postea hoc nomine etiã famuli appellari ceperũt pmutata littera cum v. Auctor est Festus.

De Juridiciali Ti. xxviij.

[Juridicialis constitutio est] Cicero libro. ij. rheto. de inuentiõe sic ait. Juridicialis est in qua equi ⁊ iniqui natura ⁊ premij aut pene ratio queritur. Huius partes sunt duc: quaꝫ alterã absolu/ tam: alteram assumptiuã nominamus. Absoluta est que ipsa in se nõ vt negocialis implicite ⁊ abscondite: sed patẽtius ⁊ expedi/ tius recti ⁊ nõ recti questionẽ cõtinet. Ea est huiusmodi. Quum thebani lacedemonios bello superauissent: ⁊ fere mos esset grajs: quũ inter se bellũ gessissent: vt hi qui vicissent trophcum aliqõ in finibus statuerẽt: victorie modo in psentia declarande causa: nõ vt in perpetuũ belli memoria maneret: eneum statuerũt trophcũ Accusantur apud amphictionas. i. apud cõmune grecie consiliũ. Intentio est: nõ oportuit. Depulsio est: oportuit. Questio ẽ: opor tuerit ne. Ratio est. Eam cm̃ ex bello gloriã v/rtute peperim⁹: vt eius eterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infir/ matio est. attamen eternuꝫ inimiciciaꝫ monumentũ statuerint: recte an contra fecerint. Hanc ideo rationẽ subiecimus: vt hõ cau se genus ipsum de quo agimus cognosceret. Assumptiua vo tũc dicitur quũ ipsum ex se factum probari nõ potest: aliquo autẽ fo ris adiuncto argumẽto defenditur. Eius partes sunt quattuor: cõparatio: relatio criminis: remotio criminis: concessio. Compa ratio est quũ aliquod factũ quod per seipsum nõ sit probandum ex eo cuius id causa factũ est defenditur. Ea est huiusmodi. Quã/ dam imperator quũ ab hostibus circũobsideret: neq; effugere vl lo modo posset: depectus est cum hostibus vt arma ⁊ impedimẽ.

ta relinquceret:milites educeret. Itaqꝫ fecit. Armis ꝛ impedimentis amissis ꝓcer spem milites conseruauit:accusatur maiestatꝭ. Incurrit huic diffinitio. Sed nos hunc locũ de quo agim⁹ consideremus. Intentio est:nõ oportet arma ꝛ impedimenta relinquere. Depulsio est:oportuit. Questio est:oportuerit ne. Ratio ẽ. Milites em̃ omnes perissent. Infirmatio est aut coniecturalis nõ perissent:aut altera cõiecturalis nõ ideo fecisti.ex q̃bus sunt iudicatiões perissent ne ꝛ ideo ne fecerit. Aut hec compatiua cuius nũc indigemus. At em̃ satius fuit amittere milites q̃ꝫ arma ꝛ impedimẽta cõcedere hostib⁹. Ex qua iudicatio nascitur. Cũ oñes periturí milites essent:nisi ad hanc pactionẽ venissent:vtꝫ satius fuerit amittere milites:an ad hanc conditionẽ venire. hec ille.[Iuridicialis cõstitutio] Hanc Quintilian⁹ libro .vij.qualitatem vocat:nam ꝛ qualis sit cuiusq̃ rei natura ꝛ que forma q̃ritur.an ĩmortalis anima:an humana specie deus:ꝛ de magnitudine ac numero quãtus sol:ꝛ an vnus mũdus:que oñia ꝓiectura quidẽ colligunt:questionẽ tamẽ habẽt in eo qualia sint. Hec in suasorijs tractari solẽt:vt si cesar deliberaret an Britanniam impugnet ꝛẽ. Sed in cõtrouersijs quoq̃ sunt frequentia ac sola differẽtia:quia illic de futur⁹ hic de factis agitur.[Absoluta] id est perfecta:ꝛ cui nil desit.[Ut aliud]id est q̃uis[Assumptiua] adiũctiua.[Cui frater esset]cui sc̃z domino occiso a seruo [Manumissus esset] Ergo nõ licebat seruũ illũ occidere:quia iam liber effectus erat.quod ille per imprudẽtiã fecisse dicebat:nõ em̃ sciebat illũ fuisse manumissum.[Cõmeatus]est cõmeatus in singulari facultas ad tempus a militia ab aliqua ministerio recedẽdi:quã prebet militi imperator:ꝓpositusue inferiori cũdiq̃ quo velit ad prescriptũ diem reuersuro. Liuius autẽ dixit. Magna pars sine cõmeatib⁹ dilabebat. In vtroq̃ autẽ numero ꝑ cibarijs ad alimoniã reipublice aut exercitus aut alicui⁹ multitudinis:interdũ etiã priuatim.[Necessitudinẽ] Cicero li.ij.rheto.de inuentiõe sic ait: Puto igit̃ hãc esse necessitudinẽ cui nulla vi resisti potest:que neq̃ mutari neq̃ liniri potest[In loco cõmuni]q̃ ꝛ aduersarij vti possent. Loci autẽ cõmunes suscipiuntur de humanitate:fortuna:misericordia ꝛ rerum cõmutatione.his locis oñibus vtetur is e cõtrario qui cõtradicit cũ amplificatõe ꝛ enumeratiõe peccatoꝝ :vt habeꝫ libro .ij.huius opis. Idem vero Licero li.ij.rheto.de inuẽtiõe sic ait. Hec ergo argumẽta que transferri in multas causas possunt:locos cõmunes nominam⁹. Plura etiã Prisciam⁹ de locis cõibus ex hermogene.[Per amplificationẽ]ꝑ enumerationẽ gestoꝝ[Nihil postulat ignosci] nouit cĩ

se longe errasse. vltro ci iudices ignoscendũ esset: ne vir tant⁹ per/
iret. [In iudiciũ nõ venit] Nõ est confessi causa tuẽda rei: vt Na
so inqt. [Ex translatiõe criminis] Cice. li. ij. rhet. de inuẽ. Rela/
tionẽ q̃z criminis hanc appellat: ait em. Relatio criminis est cuz
reus id quod arguit cõfessus alterius se inductũ peccato iure fe/
cisse demõstrat. Ea est hmõi: Horatius occisis tribus curatijs t
duob⁹ amissis fratrib⁹ domũ se victor recipiebat: cer gemina spo/
lia p̃ se gerẽs. cui sor virgo que desponsata vni ex curatijs fue
rat obuia ante portã capenã fuit. cognitoq̃ sup humeros fratris
paludamẽto sponsi q̃ ipa ꝓfecerat soluit crines t flebiliter noie
sponsum mortuũ appellat: mouet ferocẽ iuuenẽ animũ cõplorato
sororis. [In victoria sua] stricto itaq̃ gladio simul ẏbis increpas
trãsfigit puellã. [Accusat] Intẽtio est: iniuria sorore occidisti. De/
pulsio est: iure occidisti. Questio est: iure ne occiderit. Relatio est:
illa em hostiũ mortẽ lugebat: fratrũ negligebat: me t populũ ro/
manũ vicisse moleste ferebat. Infirmatio est: tamẽ a fratre indẽ/
natã necari nõ oportuit. Ex qua iudicatio fit. Cũ horatia fratrũ
mortẽ negligeret: hostiũ lugeret. fratr̃ t ppli romani victoria nõ
gauderet: oporteritne eã a fratre idẽnatã necari tẽ. [In matrẽ
cõfert crimẽ] dicit em se eã occidisse q̃ illa patrẽ suum occiderat.
[Ex remotiõe criminis] Cice. li. ij. rhe. de iuen. sic ait. Remotio
criminis est quũ eius intẽtio facti: qõ ab aduersario infert in aliũ
aut in aliud dimouet. Id fit biparrito. nã tũ causa: tũ res ipa re/
mouet tẽ. [Criminis]. i. rei cõmisse [. P. Sulpiciũ] Sulpici⁹ le
gatus cũ classi pesset: infamis crimine ꝑditionis ab exercitu suo
interfect⁹ est. Scribit Liui⁹ li. lxxv. [Ex testamẽto] exemplũ erit
Quidã mortẽs reliquit heredẽ amicũ suũ ea lege vt nõ prius ad/
eat hereditatẽ q̃z ipe statuerit Colũnã i medio tẽpli t statuã ipi⁹
iposuerit: plebiscitũ vo ꝓhibet aliquid vel tẽplo vel publico loco
fieri. [Plebiscito] Plebiscitũ est quod plebeio magistratu. i. tri/
buno interrogãte an omnibus placeat: plebs instituit. orta enim
inter plebem t maiores discordia plebs sibi leges constituit: que
dicte sunt plebiscita: vt digestis de origine iuris habet. At Hel/
lius libro. ix. capite. xx. ita scribit. Plebẽ autẽ capito in eadẽ diffi
nitione seorsum a populo diuisit: quoniã i populo oĩs pars ciui/
tatis: omnesq̃ eius ordines continent. Plebs vero ea dicit in
qua gentes ciuiũ patritie nõ insunt. Plebiscitũ igit est fm cũ ca
pitonẽ lex quã plebs nõ ppl's accipit. hec ille. [Ex plebiscito vtet]
id ẽ illa re quã ex testamẽto ẽ iussus facere vtet ex plebiscito: non
ci exequet qõ testamẽtũ iussit: q̃z plebiscitũ ꝓhibz [Ex cõpatõe]
Cice. li. ij. rhet. de inuentiõe sic ait. Comparatio est cũ aliquod

Scribẽdi ꝛ oꝛãdi oꝛatoꝛie modꝰ

factum quod per seipm nõ sit ꝓbandũ ex eo cuius id causa factũ est defenditur. Ea est huiusmodi. Quidã imperatoꝛ cũ ab hostibꝫ circũ obsideꝛeꝯ ꝛc̃. vide hec latius paulo superius. [Arcessit maꝫ iestatis] De maiestate latius supꝰ in titulo de cõstitutõe. [Ratio est que causam facit] Licero in partitiõibꝫ sic ait. Sed distinguendi gratia rationẽ appellamꝰ eam. que affertur ab eo ad recusandũ depellẽdi criminis causa: que nisi esset quod defẽderet nõ haberet. Firmamentũ autẽ quod contra labefactandã rationem refertur: sine quo accusatio stare nõ potest. Libꝛo autẽ .j. rhetoꝛ. de inuentiõe sic. Ratio continet causam q̃ si sublata sit: nihil causa controuersie relinquit. Firmamentũ est firmissima argumentatio defensoꝛis ꝛ apertissima ad iudicationẽ. Judicatio est que ex infirmatiõe ꝛ confirmatiõe ratiõis nascitur ꝓtrouersia. Quintilianus ꝓtereꝛea lib. iij. ita scribit. Ratio est qua quod factũ esse constat defendit. [Destinari] cõstitui. [Crinomenon] id iudicatum significat. est em̃ a passiuo participiũ. Crinome vocoꝛ ad iudiciũ: accusoꝛ. Crimino accuso iudico. Crina crinatos iudiciũ. [Rectũ ne fuerit] scꝫ questio est: vel cõtrouersia. [Eo] id est ad iudicationẽ. [Intentio] accusatio [Sedulo] diligenter sine dolo: [Studio] animo ꝛ mente.

Finis exposiciõis Antonij Mancinelli in pꝛimũ Rhetoꝛices noue Ciceronis.

Scribendi oꝛandiqꝫ modus per

Anto. Man. studioꝝ oꝛatoꝛie artis ꝛ eloq̃ntie admodũ necessaꝛius: cuius hi sunt tituli:

Oꝛationis initiũ: Tit. j.
Epistola q̃d ꝛ vnde dicit Tit. ij.
Epistolare officiũ q̃d Tit. iij
Epistolaꝝ genera Tit. iiij
Epistole modus ꝛ q̃litas Tit. v
Littera ꝛ littere Titu. vj
Bine lre due epl'e Ti. vij
Kalẽde None Idus Ti. viij
Quot dies Nonas Idus mensis habet Ti. ix
De quinqꝫ partibꝰ artificiose elo/ Preceptoꝝ ꝓtuberniũ Ti. xx
quẽtie Tit. x.
De phꝛasi. i. elocutõe Ti. xj
De laude ꝛ vituperatõe Ti. xij
De memoꝛia Ti. xiij
De pnũciatiõe Ti. xiiij
Discendum esse Tit. xv
Studẽdi modus Ti. xvj
Lectio qualis Ti. xvij
Discipuloꝝ officiũ Ti. xviij
Preceptoꝛis officiũ Ti. xix

Anto. Man. Ueliterni scribẽdi oꝛãdiqꝫ modus ad Valeriũ Crispinũ iurecõsultũ eximiũ: ciuẽqꝫ Ueliternũ q̃optimũ ꝛ generosum.

Scribẽdi ꝛ orãdi oratorie modꝰ

Amprídem Valeri mi disertíssime: scribẽdi orandiq; modũ pro tuis in me officijs sũmaq; in meos omnis benivolentia tibi dicare statuerã. Alijs tñ grauioribꝰ occupato hactenus nulla fuit vnq; occasio. Nũc vero explicitus aliquãtulum: quecũq; de ratione dicẽdi collegeram ad tẽ mitto patric lumen. Es enim ad excogitãdum prudẽtissimus: ad faciẽdum solertissimus: natura admirabilis: industria singularis: verbisq; expeditus. Unde in maximis causis versatus patronus optimꝰ diligensq; in illis cognoscẽdis ꝛ cõponẽdis es habitus. Sepiusq; a senatu populoq; Ueliterno orator ad principes: maximũq; põtificem electus: cãm omnẽ ex animi sententia obtinebas. Quo circa ꝛ honores ꝛ pecunias ꝛ gfam apud oẽs es cõsecutus ? sequẽtur eadẽ vt facile datur intelligi Laurẽtius Lactãtius Quintilianꝰ, Hippolitus filij tui sunt em magni indole pueri: sũmoq; ingenio pacuti. Ueliterniq; oĩbus q̃z gratissimi. Ad coꝫ igiꝭ cõmoda scribẽdi orandiq; modũ tibi cõsultissime Valeri animi dimidiũ mee dedico. Vale ꝛ salue cũ tota prole. Datũ Uene. xix. kal'. Juni. M.cccc.xcij.

Orationis initium. Tit. j.

Ris sonus ab initio olim cõfusus erat: qui tãdem paulatim vocem discernẽs: res omnis suo nomĩe appellauit. Mercuriũ aiunt apud egyptios primũ verba in ordinez redegisse. multisq; rebus imposuisse nomina: fuisse quoq; litterarũ inuẽtorem. instituisseq; quo bonore: quibusue sacris colerẽtur dij. de q̃bus oĩbus Diodorus volumine primo. Athenis aũt primum se orator extulit: primũq; etiã monumentis: ꝛ litteris oratio est cepta mandari: quod cicero de claris oratoribꝰ meminit. Idq; Fabius Quintilianꝰ libro tertio edocet. Antiphon orationẽ primus omniũ scripsit. At Laertio teste Socrates cũ Eschine discipulo primus oratorie campos apperuit: Romanoꝫ autẽ primus artis rhetorices cõdidit aliqua Marcus Cato censorius. Marcus Antonius inchoauit. precipuũ vero lumẽ sicut eloquẽtie: ita pceptis quoq; eius dedit vnicũ apud nos specimen orãdi docendiq; oratorias artes. M. Tullꝰ de quo Fabius libro tertio latiꝰ scribit. Atq; vt Suetonius asserit rhetorice artis faculras apud romanos adeo floruit vt nõnulli ex infima fortuna in ordinẽ senatoriũ atq; ad sũmos honores pcesserint. Grãmaticꝰ preterea Rhetoricen docẽs Rhetoris officio fungiꝭ nõ suo (vt inqt Fabiꝰ lib. ij.) vbi etiã monet grãmaticen ꝛ rhetoricẽ vna esse tradẽdas.

Epistola quid ꝛ vnde dicitur. Tit. ij.

Scribēdi ꝛ oꝛādi oꝛatoꝛie mod⁹

Epistola est q̄si certa q̄dā nūcia nr̄aꝝ rez interdū alienaꝝ
e ꝛ fida interpꝛes mētis nr̄e. Cui q̄ volum⁹ prim nr̄o noie:
prim alioꝝ absentib⁹ significare cōmittim⁹. Descēdit aūt
epl'a a medio pacimeno. i. pterito pfecto verbi hui⁹ epistello qđ est
significo: mitto: mando: iubeo. q̄ amittit vnū. l. in futuro. ꝛ dicit
epistelo. deinde. e. penultima futuri mutat in o in penultima pa⁊
racimeni. ꝛ ꝺꝛ epl'a vñ nos epl'aꝝ dicim⁹: quā illi epistolin vocāt.

Epistole officium quid. Tit. iij.

Epistolare officiū est de re familiari aut de quotidiana cō⁊
e uersatione aliq̄d scribere: ꝛ quodāmodo absentes inter se
pñtes fieri: dū mutuo q̄d aut velint aut quid gestū sit nun
ciant. licet interdū ꝓfabulatōis tale cōmunitū doctrine q̄ꝝ sale con⁊
diat. Ita q̄dē hieronymus in epl'a ad Marcellū scribit.

Epistolarum genera. Tit. iij.

Epistolaꝝ gña tria sunt potissima: vt Cicero ad curionem
e inq̄t. Sed vnū illud certissimū: cui⁹ causa res ipa inuēta
est: vt certioꝛes facerem⁹ absentes si q̄d eēt qđ eos scire aut
nr̄a aut ipoꝝ interesset. Alterū familiare ꝛ iocosum. Tertiū seueꝝ

Epistole modus ꝛ qualitas. Tit. v. ⁊ graue.

TExunt epl'e quotidianis verbis: vñ ꝛ q̄dam etiā negligen
e tia est diligēs: vt Cicero meminit in lib. de pfecto oratoꝛe.
nā vt mulieres esse dicunt nōnulle inoꝛnate: q̄si idipm de
cent: sic humilis ꝛ subtilis oꝛo etiam incompta delectat. Sermo
purus erit ꝛ latin⁹: dilucide planeq̄ dicet. In dicēdo cni vicium
vel maximū est ab vulgari genere oꝛonis: atq̄ consuetudine cōis
sensus abhoꝛrere. Vñ ꝛ Aulus Gellius lib. xiij. c. vij. diui Augu⁊
sti epl'as elegātia oꝛonis neq̄ moꝛosa neq̄ anxia: sed facili berde
ꝛ simplici laudat. Plinius quoq̄ iunioꝛ ad Tuscū ait. Et pressus
sermo: puruscq̄ ex epl'is petit. Seneca itē ad lucillū epl'a. lx. inq̄t.
Min⁹ tibi accuratas a me epl'as mitti q̄reris: q̄s em̄ accurate lo⁊
quitur nisi qui vult putide loq̄? Quis sermo me⁹ esset si vna sede⁊
remus: aut ambularem⁹ illaboꝛat⁹ ꝛ facilis: talis volo esse epl'as
meas q̄ nihil habeāt accersitū nec fictū: sed si fieri posset q̄d senti
ostēdere q̄ loq̄ mallem. Non me hercle ieiuna esse ꝛ arida volo q̄
de rebus tā magnis dicent neq̄ em̄ phia ingenio renūciat. Mul
tum tñ opere impēdi verbis nō oporꝛet. Epl'a etiā. xlv. inq̄t. Sed
ne epl'e modū excedā: qui nō debet sinistrā manū legētis implere
in aliū diem hāc litem cū dialecticis differā. Noscēdum tñ epl'am
sinistrā legētis implere quū longioꝛ fuerit: tūc em̄ ꝛ dexꝛa ꝛ sini⊁
stra teneri necesse est. Epistole autē initiū huiuscemodi fere solet
esse. M. Tullius Terētie salutē: Terētia Marco Tullio salutē.

Scribẽdi ꝛ orãdi oratoꝛie modꝰ

Semp enĩ scribẽtis nomen ꝓponitur etiã inferioꝛis. Unde Anacharsis scythe philosophi ad Ammonẽ regẽ epla ita incipit: Anacharsis Ammoni salutẽ de quo satius Tice. lib. iiij. tuscu. Jrẽ rex Alexander iouis ammonis filiꝰ olimpiadi matri salutem dicit de quo Gellius lib. xij. c. iiij. In calce vero epleponeꝫ Uale. ꝛ cura vt valeas. Bene vale et me diligꝫ. Fac valeas meqꝫ ames. Tu fac quod facis vt me ames teqꝫ amari scias Uale. Da operã vt valeas meqꝫ ames amoꝛe illo tuo singulari. Valebis igiꝫ meqꝫ vt a puero feciſti amabis. Cura te diligẽter. Uale. Cura mi iuli vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes Uiue ꝛ Uale: Uale etiaꝫ atqꝫ etiã. Ponetur enĩ data vel datũ inde dies ꝛ numerꝰ annoꝝ christiane salutis exin locus ipe vnde epla mittitur. Epistole deniqꝫ foꝛmula erit eiusmodi. Anco. mãcinellꝰ Valerio Crispino salutẽ. Spectata fides et amoꝛ in me tuus egerũt: vt tibi qꝫ alteri potius scriberem cõmẽdarẽqꝫ res meas oĩs ꝛ liberos Itaqꝫ me absente (absum siqdem iter dierũ noue. n) oꝛo ac obsecro illoꝝ curã suscipias: qualem foꝛte ꝓ tuis me rebus ac liberis subire velles. Cuꝛa rem diligẽter. nihil enĩ gratiꝰ mihi vnqꝫ efficies. Uale ac salue. meqꝫ vt soles ama. Datũ Uenetiis. x. kal'. Junias. Anno christiane salutis. M. cccc. xciij. Ubi vero litteras obsignaueris illius nomen (ad quẽ lr̃e ipse ꝓferende sunt) huiuscemodi verbis extra notabiꝫ. Valerio Crispino iureconsulto eximio ciuiqꝫ veliterno qꝫoptimo suo ac fratri. Poteris ꝛ te intꝰ in calce subscribere si voluerit hoc pacto: Jdẽ tibi deditus deuotusqꝫ cliens. Caue fuitoꝛ dicas: vt vulgo assolet. Cliens enĩ latinũ est in hoc ꝓprium.

Littera ꝛ littere. Tit. vj.

Jttera in singulari numero significat elementum ipm: vt A. B. Uel manũ scribẽtis: vt ad Atticum Cicero. Nam aleridis manũ amabam: ꝙ tam ꝓpe accedebat ad similitudinem tue littere. Jn plurali vero epistolas: ꝓpter qꝫ apud pocas: qui ꝓ epistola versus gratia in singulari semper vtũtur: vt Ouidius. Quam legis ab rapta briseide littera venit. Nam quod Cicero ad Celium scribit ad se nullam litteram Bibulũ misisse. ita ait: Quasi nullum verbũ misisse quod vt vehementer extenuaret: non dixit verbum aut syllabam: sed litteram: Frequẽtissimũ igitur est litt ere ꝓ epistola.

Bine littere due epistole. Tit. vij.

Jcendũ est vnam epla m: duas: tres: quattuoꝛ: ꝯqꝫ epllas vnas vero lr̃as: binas: ternas: qternas: ꝯnas: senas: septenas ꝛc. nũqꝫ aliter vel rarissime: quale esset: Unas binas

Scribẽdi t oꝛãdi oꝛatoꝛie modꝰ

ternas epl'as:duas:tres:q̃tuoꝛ lr̃as. Si tñ dicas accepi abs te bꝰ nas lr̃as non subtiũgas quarũ alteri rñdi per pꝛoximũ tabellariũ: alteri nũc rñdeo:sed alteris. De epistola vero aptum est:vt Accepi duas epl'as:quarũ alteri tã respõdi:alteri nũc respõdebo.

Kalende. Nonc. Idus. Tit. viij.

Kalende dicũtur a Calo:id est voco teste Macrobio libꝛo
l primo sat.quia solebat Rome minoꝛ põtifex noua cõspecta luna plebem vocare: vt audiret quot dies a kalendis ad nonas supessent. Et hoc ideo:quoniã nonarum die oportebat populares qui in agris essent cõfluere in vrbem: accepturos causas feriarũ a rege sacroꝝ sciturosq; quid esset eo mense faciẽdum.

Unde quidã hinc nonas existimãt dictas: quasi nouc initium obseruationis. Uel qõ ab eo die semp ad idus nouẽ dies putant. Uel none dicũtur a non. Nullus em̃ habuit festum in nonis. Vñ Ouid.lib.j.fastoꝝ ait: Nonarũ tutela deo caret. Erant pterea kalende omnes Junoni dicate: quia initiũ mẽsium maioꝛes nostri ab exoꝛtu lune seruabãt. Jure itaq; kalendas iunoni addixerũt: lunam ac iunonẽ eandem putãtes. Uel quia luna p aerem meat. Juno autẽ aeris arbitra est merito initia mensium i.est kalẽdas huic dee cõsecrauerunt. Putant aliqui idus q̃ eo die plena luna videatur a vidẽdo vidus appellatas:mor litteram detractam: vt Macrobius ait.qui etiam scribit ita: Idus vocamus diem: qui diuidit mẽsem. Iduare em̃ hetrusca lingua diuidere est. vnde vidua q̃si valde idua:id est valde diuisa.aut vidua id est a viro diuisa. Erant autẽ idus omnes ioui attributc t omnibꝰ idibus ioui immolabatur a flamine.

Quot dies Nonas Idus mensis habet. Tit.ix.

Unius. Aprilis. September siue Nouember.
i Triginta luces:reliquis tñ vna supersit.
Octo t viginti februarius accipit oꝛtus.

Si bissextus erit tunc vnus iungitur illis.

Prima dies mensium romanis esto kalende.
Sex nonas maiusue october:iulius t mars.
Quattuoꝛ ast alij:tenet idus quilibet octo.
Idibus expletis quot luces quere supersint.
Inde diem mensis primum superadde sequẽtis.

Habito quot dies mensis habet denominatos a nonis t idibꝰ sicut in exemplo patebit:subtractis nonis t idibus residui dies erunt kalende.

Notãdũ tã numerũ in ablatiuo: Nonas aũt t idus actõ poni debere:sed inter numerãdũ pposteꝛo vtemur oꝛdie. Sitq; exẽplo

Scribẽdi ꝛ oratorie mod⁹

iulius cõtinẽs diẽ vnũ ꝛ triginta. Nonas vero sex. Dic igitur

Kalende.

Kalendis iulijs: vel intra kalendas iulias dic primo iulij.

Nonc

Sexto nonas iulias dic.v.iulij. Quinto nonas iulias dic.iij.
Quarto nonas iulias dic.iij. Tertio nonas iulias dic.v.
Pridie nonas iulias dic.vj. Nonis iulij die.vij.

Jam finitis nonis reliquos octo dies similiter iduũ cognominatione notabimus.

Idus

Octauo idus iulias dic.viij.iulij. Septimo idus iulias dic.ix.
Sexto idus iulias dic.x. Quinto idus iulias dic.xj.
Quarto idus iulias dic.xij. Tertio idus iulias dic.xiij.
Pridie idus iulias dic.xiiij. Idibus iulijs dic.xv.

Nũc reliqs iulij mẽsis quotquot supfuerint dies kalendaꝝ appellatõe significabis: que q̃dẽ sunt futuri mẽsis. neqꝫ ordinis neqꝫ numeratõis rõne mutata. Supsunt deniqꝫ dies. decimosexto addẽdoqꝫ primũ mẽsis sequẽtis diẽ erũt decimoseptimo. itaqꝫ dicc

Kalende

Decimoseptimo kalendas augusti. die.xvj.iulij.
Decimosexto kalendas augusti die.xvij.iulij.
Decimoquinto kalendas augusti. die.xviij.iulij.
Decimoquarto kalendas augusti. die.xix.iulij.
Decimotertio kalendas augusti. die.xx.iulij.
Decimosecũdo vel duodecimo kl'as augusti. die.xxj.iulij.
Decimoprimo vel vndecimo kl'as augusti. die.xxij.iulij.
Decimo kl'.augu. die.xxiij iulij. Nono kl'.augu. die.xxiiij.iulij.
Octauo kl'.augu. die.xxv.iulij. Septio kl'.augu. die.xxvj.iulij.
Sexto kl'.augu. die.xxvij.iulij. Quito kl.augu. die.xxviij.iulij.
Quarto kl'.augu. die.xxix.iulij. Tertio kl'.augu. die.xxx.iulij.
Pridie kalendas augusti die.xxxj.iulij.

De quinqꝫ partibꝫ artificiose eloquẽtie. Titu.x.

Uinqꝫ partibꝫ artificiosa eloquẽtia constat. Inuentione: Dispositõe: Elocutõe: Memoria: Pronũciatõe. Est enĩ opus inuenire q̃d dicas. Inuẽta disponere: deinde ornare verbis: post memorie mãdare: tũ ad extremũ agere ꝛ pnũciare cũ dignitate ꝛ venustate: Inuẽtio itaqꝫ est excogitatio rerũ verarũ aut verisimiliũ: que causam pbabilẽ reddãt. Dispositio est ordo ꝛ distributio rerũ que demõstrat q̃d quibꝫ locis sit collocandum. Elocutio est idoneoꝝ verboꝝ ꝛ sentẽtiaꝝ ad inuẽtionẽ accõmodatio. Memoria est firma animi rerũ ac verborũ ꝛ di

spositionis pceptio. Pronũciatio est vocis vultus gest⁹ mode/ratio cũ venustate. Inuẽtio in scr partes oronis cõsumit. In exordiũ: Narrationẽ: Diuisionẽ: Cõfirmationẽ: Cõfutationem: Cõclusionẽ. Exordiũ est principiũ oronis per quod animꝰ auditoris vel iudicis cõstituit vel apparat ad audiendũ. Narratio est rerũ gestarũ aut proinde vt gestarũ expositio. Diuisio est per quã aperim⁹ qd cõueniat: qd in cõtrouersia sit ꝛ p quã exponim⁹ quibus de rebus simus acturi. Cõfirmatio est nroꝝ argumẽtoꝝ expositio cũ assecuratione. Cõfutatio est cõtrarioꝝ locoꝝ dissolutio. Cõclusio est artificiosus terminus orationis.

De phrasi: id est Elocutione. Ti. xj.

Uintiliano teste lib. viij. Quã greci phrasin latine dicim⁹ elocutionẽ. Sed cam spectamus verbis aut singulis: aut cõiunctis. In singulis intuendũ est vt sint latina: pspicua ornata: ꝛ ad id qđ efficere volum⁹ accõmodata. In coniunctis: vt emẽdata: vt collocata: vt figurata. Elocutõis aũt pars difficillima. Unde ꝛ. M. Ant. apd Lice. de oratore ait a se disertos visos esse multos: eloquẽtem vero neminẽ. Diserros satis putat dicere que op⁹ sit: ornate aũt dicere ꝓrium cẽ eloquẽtissimi. Elocutio deniq; Licerone autore lib. iij. ad Herennij cõmoda ꝛ perfecta q̃ maxime ad modũ oronis accõmodata est tres res in se debz habere. Elegantiã: Cõpositionẽ: Dignitatẽ. Elegãtia est q̃ facit vt vnũ q̃q; verbũ pure ꝛ aperte dici videat. Hec diuidit in latinitatẽ ꝛ explanationẽ. Latinitas est que sermonẽ cõseruat purũ ab omni vicio remotũ. Uicia in sermone quo minus is latinus sit: duo possunt esse. Solocism⁹ ꝛ Barbarismus. Explanatio est que reddit ꝛ apertã ꝛ dilucidã orationem. Ea cõparatur duabꝫ rebus. Usitatis ꝛbis ꝛ ꝓꝛijs. Usitata sunt ea q̃ versant in sermone ꝛ cõsuetudine quotidiana. Propria que ei⁹ rei verba sunt: aut esse possunt de qua loq̃mur. Cõpositio est verborũ cõstructio eq̃biliter ppolita. Dignitas est q̃ reddit ornatã oratione varietate distinguẽs. Solocism⁹ est incõueniẽs romano sermoni iũctura verboꝝ cõtra regulã artis grãmatice posita: vt Diomedes scribit. Fit aũt modis generalib⁹ quattuordecim.

Immutatõe generũ vt dicẽdo purpurea narcissus: pro purpureus narcissus. Immutatõe casuũ dicẽdo. Urbẽ quã statuo vestra est pro urbs. Immutatõe numeroꝝ: vt Pars in frusta secant pro secat. Immutatõe personarũ: vt Danai qui parẽt armis q̃ primũ arma sumite: pro q̃ parcitis. Immutatõe temporꝝ vt Nec veni nisi fata locũ sedemq; dedissent: pro nec venissem. Per qualitates vel significatõcs verboꝝ: vt Expoliant eos: ꝛ co-

pora nuda relinquũt. Per modos verboꝝ: vt Ac rutulo regi diꝛ cibusqꝫ ea mira videri pro videbãtur. Per aduerbia localia: vt Intus eo Intro sum: pro intus suꝫ eo intro. Per ꝓpositiones quũ alia pro alia ponit: vt Sub lucẽ ibant pro ante lucẽ. Per gradus: vt Bonus: aut melioꝛ omniũ pro optimꝰ vel econuerso.

Per cõiunctiones: vt Subiectisqꝫ vrere flãmis: pro vc. Per geminationẽ abnuẽdi: vt Nihil nunqꝫ peccaui. Cum dici debeat: Nunqꝫ vel nihil vnqꝫ peccaui. Per accẽtus: vt Si qs ꝓnunciaꝛet sine accẽtu in fine pone: falsoꝛ: vna: q̃ quidẽ differentie causa in vltimo accẽtum habent: vt Prisciã admonuit. Per ordinis imutationẽ: vt Autẽ fieri nõ debet: pro fieri aũt nõ debet. Sũt ꝛ qui putent ait Diomedes Solocisimũ esse: si demõstrantes viꝝ rum: hãc dicamus: aut feminã hunc. Aut interrogãti quo pergaꝝ mus respõdeatur Rome. Aut vnum salutãtes: Saluete dicamꝰ Cum vtiqꝫ precedẽs demõstratio: interrogatio vel salutatio vim concepte oratiõis cõtineant. Solocisimus aũt est in prosa. In poemate enĩ Schema dicitur. i. figura siue cultus. Barbarismꝰ est cõtra romani sermonis legẽ: aut scripta aut pronũciata vicioꝝ sa dictio. fit eĩ in vna parte oratiõis tantũ. Sed id vitiũ in soꝝ luta oratione nomẽ suũ obtinet. Dicitur enĩ Barbarismus. i. disꝝ so nans: apud poetas aũt Metaplasmus vocatur. i. trãsformatio Quintilianꝰ item libꝛo primo docet Barbarismũ esse vnius verꝝ bi vitium. Fit deniqꝫ duobꝰ modis. Scripto ꝛ pronũciatione: et hoc quadrifariã. Adiectione: Detractõe: Mutatõe: Transmutatione lr̃e: syllabe: tẽporis. Adiectiõe litterę fit Barbarismus: vt Relliquias danaũ: pro reliqas. Syllabe: vt Mauors ꝓ mars. Teruli pro tuli. Alituũ pro alitum. Tẽporis: vt Italiã fato pro fugus: vbi italia prima syllaba cũ coꝛripi debeat ꝓducitur. Detractione littere fit barbarismꝰ: vt Infatibꝰ pro infantibꝰ. Sylꝝ labe: vt Salmentũ pro salsamentũ. Tẽporis: vt li. viĩ. enei. Feꝛ uere leucatẽ auroꝝ effulgere fluctꝰ. Mutatione lr̃e fit Barbaꝝ rismus: vt Olli pro illi. Asuenio: pro aduenio. Syllabe: vt Per nucꝛs: pro pernices. Tẽporis: vt Feruere leucatẽ. Unꝰ ob norã. Trãsmutatõe litterę fit barbarismꝰ: vt Lerigio: pro religio. Tymbꝛe: pro tymber. Tẽporis: vt Philosophia penultima coꝛrepta: et domina dominus ꝓducta penultima.

Ambiguitas. Uitãda ĩ ꝓmis Ambiguitas (teste Fabio li. viĩ.) q̃ incertũ itellectũ facit. vt Ehremetẽ audiui ꝓcussisse Demeam.

Perspicuitas siue claritas. Nob sit ꝓma ẏtus pspicuitaꝫ pꝛo pria ẏba: recꝰ ordo: nõ in longũ dilata ꝓclusio: nihil deniqꝫ desit: neqꝫ supfluat. Ita ꝓmo ꝛ doctis ꝓbabilis: ꝛ planus imꝑitis erit.

Scribẽdi ꝛ orãdi oratorie modꝰ

Magna virtus ẽst res de qbꝫ loqmur clare atqꝫ vt cerni videanꝫ enũciare: vt Cõstitit in digitos extẽplo arrectꝰ vtrꝫ. Et ĩ descri ptõe cõuiuij luxurioſi. Uidebar videre alios intrãtes: alios vero exeũtes. qſdã ex vino vacillãtes: qſdã hesterna potõe oſcitantes Mumus erat ĩmunda: luculeta vino: coronis lãguidulis ꝛ ſpinis coopta piſciũ. Quid plus videret: q̃ interesſet? Cõtingit cadẽ clari tas ex accidẽtibꝫ: vt Et trepide matres pẽſſere ad pectora natos.

Obſcuritas. Peſſima ſunt: q̃ verbis apta occultos ſenſus haꝫ bẽt. fit etiã obſcuritas verbis ab vſu remotis: vt Si cõmẽtarios q̃s pontificũ ꝛ veruſtiſſima federa: ꝛ exoletos ſcrutatꝰ auctores id ipm petat ex ijs q̃ inde cõtraxerit. qõ non intelligaꝫ: hinc enĩ. liq̃ famã eruditõis affectant vt quedã ſoli ſcire videanꝫ. Aequi Lice. ſatis aperte pẽcperat: in dicendo vitiũ vel maximũ eſſe ab vulgari genere oronis: atqꝫ cõſuetudie cõmunis ſenſus abhorrere. Scriꝫ pſerat ꝛ L. Ceſar vt tanq̃ ſcopulũ ſic fugias inauditum atqꝫ inſo lens verbũ. Hinc Phauorinꝰ phus adoleſcẽti veterum verborũ cupidiſſimo ait (vt Gellius refert) Uiue moribus preteritis: lo q̃uere verbis preſentibus.

Uerbũ humile ꝛ ſublime. Sicut in oratõe nitida notabile humilius verbũ ꝛ velut macula: ita in ſermone tenui ſublime ni tidumqꝫ diſcordat: fitqꝫ corruptũ: quia in plano tumet.

Macrologia. Uitanda macrologia: id eſt longior q̃ oporꝛet ſermo: vt apud Liuium Legati nõ impetrata pace retro domum vnde venerant abierunt.

Periphraſis. Sed huic vicina periphraſis habetur. i. circũ itus eloquẽdi: vel circũlocutio. Fit enĩ quũ id quod vno aut pau cioribus verbis dici poteſt plurib⁹ explicatur: vt illud Quiũ tene ros depellere vetus id eſt agnos.

Pleonaſmos. Eſt ꝛ pleonaſmos vitiũ: quũ ſupuacuis ver bis oratio oneratur: vt Ego oculis meis vidi.

Corrupta oratio. Corrupta oratio in verbis maxime impro prijs redũdantibꝰ: cõprehenſione obſcura: cõpoſitõe fracta: vocũ ſimiliũ aut ambiguarũ puerili captatione cõſiſtit.

De cõpoſitione ꝛ Aurij iudicio: Cõpoſitio quidem verboꝝ nõ ex anxio labore venit: ſed vſu atqꝫ exercitatõe ꝑpetua: que maꝫ gis fluat de ea auribus iudicẽt: que velut arbitrit cõpoſitõis eſſe debent vt Diomedes ait: Quod itẽ Celiꝰ aſſerit vbi ait. M. Tul liũ in oratione pro Pompeio Explicauit maluiſſe dicere q̃ expliꝫ cuit. Dixit enĩ: Sed cõſiliꝫ celeritate explicauit. Nam ſi explicuit dixiſſet impfecto ꝛ debili numero verboꝝ ſonꝰ clauderẽt. Aures deniqꝫ (vt Fabius ſcribit) plena ſentiũt. parũ expleta cõſiderant:

Scribẽdi ꝛ oꝛãdi oratoꝛie modꝰ

fragosis offendunt: leuibus mulcent: cõtoꝛtis excitãtur: stabilia pꝛobãt: clauda depꝫhendũt: redũdantia ac nimia fastidiũt. Cõpoſitio itaq; debet esse honesta iucũda varia. In oĩ poꝛro cõpoſitõe tria sũt necessaria teste Fabio li. ix. Oꝛdo: Junctura: Numerus.

Oꝛdo. Oꝛdo cõpoſitio est verboꝝ aptis ꝛ accomodatis locis. Oꝛdinis igit obseruatio in verbis aũt singulis ꝛ contextis. Singula sunt q̃ Asyntheta vocant: id est sine cõpoſitione: vt Cesaris illud deuicto fugatoq; pharnace: Veni: vidi: vici: De quo Appianus lib. ij. Et illud Amicꝰ familiaris necessariꝰ tibi sum. In ꝯis aũt cauendũ ne decrescat oꝛatio ꝛ foꝛtioꝛi subiũgat aliquid infirmius: vt sacrilego fur. aut latroni petulans. augeri enĩ debẽt sententie ꝛ insurgere. vt quod seqũtur magis eo sit quod antecedit: vt Nobilis: egregius: magnificus: illustris: crudelis: immanis: fur ꝛ sacrilegus. Cõtexta aũt eiusce modi. Cũ iusticiã esse illam apertissime cõstet ex qua ꝛ opida ꝛ ciuitates ꝛ puincie ꝛ regna atq; imperia gubernant cõseruanturq; ꝛ amplificant. oẽm cogitationeꝫ ꝛ diligẽtiam: actiones foꝛtunasq; nr̃as nos deniq; totos libenter exponere debemꝰ: vt ea ipa iuris eq̃tas diligenter excolat. Est et alius naturalis oꝛdo: vt Uiros ac feminas. Diem ac noctẽ: Oꝛtũ ꝛ occasum: dicas potius q̃ retrorsum. Itẽ pater genuit nutriuit: in repu. collocauit. Quedã oꝛdine pmutato fiũt supuacua: vt Castoꝛ ꝛ pollux fratres gemini cũ finitimis bellũ gerebãt. nã si pcesserint gemini: fratres addere nõ est necesse. Terẽtius tamẽ in And. inq̃t: Si te in germani fratris dileꝛi loco.

Uerbũ in fine. Uerbo sensum claudere multo (si compoſitio patiatur) optimũ est. in verbis enĩ sermonis vis inest: ꝛ si id aspꝛum crit cedat oꝛatio numeris.

Accusatiuus: Rectꝰ: Uerbũ. Locãde sunt pres iudicio auriũ quoquo loco: hinc ipa oꝛatio nõ solũ foꝛmãda electõe: sed cõstructõe verboꝝ: vt primo de oꝛa. habet. Itaq; dicẽdo Scipio aphꝛicanus deleuit Carthaginẽ: cultius verso oꝛdine dicet: Carthaginem Scipio aphꝛicanꝰ deleuit. Debes igit actũ pponere: inde Rectũ: postea verbũ: si aures id patiunt.

Genitiui: Datiui: Ablatiui in pncipio. Genitiui Datiui Ablatiui initio clausule ponent. Exẽplũ est. Epistolaꝝ genera multa esse nõ ignoꝛas. Domi filiꝰ nuptias cõparabat. Tibi patrimoniũ dũ foꝛtunẽt. Fabio viro optimo ꝛ boĩe doctissimo familiarissime vtoꝛ. In pꝫio mortẽ filiũ pater appetebat.

Adiectiuũ ante substantiuũ. Adiectiuũ nomẽ substantiuum pꝛecedat: vt optima virtus: diuinũ ingenium.

Pꝛonomina post substãtiua Pꝛonomina substãtiuis vt plu

rimũ postponant: vt patria nr̃a: filius tuus: littere mee.

Prepositiones. Prepositiones inter substãtiua ꝛ adiectiua inserunt: vt Feraci in agro. Ornatissimo in loco Ceteris in rebus. Hanc ob causam Justis de causis.

Interpositio decens Usurpamus ꝛ alia hoc modo: Mea in istum beneficia cognoscitis. Maxima in rempublicam diligẽtia. Summa in hospites liberalitas.

Prepositões cõiunctionesq; detracte. Detracte aũt ꝓpositões cõiunctionesq; etiã aliq̃d obscuritatis afferũt ꝛ si gr̃am augẽt: vt ꝛ Suetonius scribit: Itaq; augustus vt animi sensum ꝯaperti⁹ sime exprimeret: nec ꝓpositões vbis adderc. nec ꝯiũctões sepi⁹ itez rare dubitauit. Hac aũt in re Serui⁹ sulpiti⁹ erit exẽplo quũ ait Post me erat regina: ante megara: dextra pyre⁹: sinistra corinth⁹

Aduerbia. Aduerbia ꝓpe verbũ frequẽti⁹ poni decet. hinc. M Tullius ad Celiũ ait: Fabio viro optimo ꝛ hoĩe doctissimo famiz liarissime vtor.

Genitiui inter alios casus. Inter alios casus gẽi apte ponunt vt oia reip. iura. Immania sceleratoq; hoĩm flagitia.

Casus alij inter gẽos. Inter gẽos alij casus ornãt orationez: vt Hui⁹ claritudo viri Hui⁹ quirites auctoritas loci.

Rectos inter actõs. Rect⁹ inter actõs ornat etiã orationẽ: vt hunc tu hoĩem appellas: illũ ego inertem odi.

Negatiua dictio in fine. Negatiua dictio elegãter in fine or a tionis locatur. vt Ciceronis illud ostẽdit. Tanq; vlysses cognoz sces tuoq; neminem. Dicitem Scipione clariorẽ inuenies nullũ. Tuo in me animo gratius est nihil.

De Jũctura. Jũctura est in verbis incisis: mẽbris: periodis. Cõnexa igit̃ series tris habet formas. Incisa que comata dicũt. Mẽbra que cola Periodon que est vel ambi⁹ vel circũductum vel cõtinuatio vel cõclusio. Coma est sensus nõ expleto numero conclusus. plerũq; pars mẽbri vt domus tibi deerat: at habebas: Pecunia supabat: at egebas. Fit autẽ ꝛ singulis verbis incisum: Dirimus: testes dare voluimus: Incisuz est dirimus. Mẽbrum vero est sensus numeris cõclusus. Itaq; fere incisa ꝛ mẽbra mixta sunt: ꝛ cõclusionem vtiq; desiderant: Hec omnia Fabius lib. ix. Diomedes vero inquit: Coma est iunctura finitio vt. Etsi vereor iudices (ecce vnum coma) ne turpe sit ꝓ fortissimo viro dicere. iam factum est colon: id est mẽbrum quod intellectui sensum preh bet sed adhuc pendet oratio: deinde sic ex pluribus incisisq; fit pe riodus: id est extrema sentẽtie clausula. Periodos aũt lõgioz esse non debet ꝯ vt vno spiritu proferatur.

Scribẽdi ꝛ oꝛãdi oꝛatoꝛie modꝰ

La La. Qui Qui. Le Le. Cõmissa inter se verba duo ex vltima fine prioꝛis a prima sequẽtis syllaba turpe ꝺd sonat: vt ceca caligo. Doꝛica castra. Reliq; quiꝛites. Ille legit. Amoꝛ moꝛtalis.

Luce lucebat. Natã natam. Uidẽdum etiã ne syllabe verbi prioꝛis vltime sint prime sequentis: vt Ciceronis illud in somnio Scipionis. Luce lucebat alicna: ꝛ in carmine. O foꝛtunatam natã me cõsule romam. Et illud Seruij sulpitij. Decreui breui ad

Uocaliũ cõcursus. Ereber vocaliũ concur/te perscribere. sus: quũ accidit hiat ꝛ intersistit ꝛ laboꝛat oꝛatio: vt ibi. Ego oĩi officio ac poꝛtius pietate erga te cereris satisfacio omnibus. Et ibi Egredere a domo alicna Antoni.

Eiusdem lr̃e assiduitas. Uitãda est eiusdẽ lr̃e nimia assiduitas: vt illud Ennij: O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. Item Machina multa minaꝛ minatur maxima muris. Item Lassius curans custodire cõmunem ciuitatem: ꝛ ceteri de re cetera certantes: Cesarem ceperunt.

Eiusdem verbi assiduitas. Eiusdẽ quoq; verbi assiduitas nimia fugiẽda est: vt illud: Nam cuius rationis ratio nõ constat: ei rationi ratio nõ est fidem adhibere.

Cõsonãtes aspeꝛiores. Cõsonãtes aspꝛioꝛes in cõmissura verboꝝ ritãtur. vt Sextus roscio. Ars studioꝛoꝝ. Eꝛꝛoꝛ romuli.

S. cum. x. S. vltime cum. x. proxima stꝛidoꝛ est vastus: vt Fluuius xantus. Deceptus xerxes. Item si post. x. sequatur. s. vt Nix solita. Et si. x. alteri occurrat: vt Rex xerxes. Dux xantippus Uirtutis lux Xenophon.

In. s. desinẽtia. Plurime quoq; dictiones in s terminate nõ bene cõueniunt vt illud: Signis nobis nouas p̃ceptiones. Itaq; Signis noua p̃cepta nobis crit suauius.

Monosyllaba. Monosyllaba si plura sunt male continuabũtur: vt Hoꝛatij illud satyra prima. Anni id fit. Et Terentij in Eunu. Et cum eo clam tute subduristi mihi.

Dissyllaba. Breuiũ quoq; dissyllaboꝝ verboꝝ ac nominum vitãda cõtinuatio: vt Sed sese ipos fontes esse dicã t. ꝛ illud. Nescesse est eius rei sumus artifex sit.

Pentasyllaba. Ediuerso itẽ longoꝝ: id est pentasyllaboꝝ: afferũt eã quandã dicendi rarditatẽ: vt imperitoꝝ intelligẽtia.

Similiter cadẽtia. Illa quoq; vitia sunt eiusdẽ loci: si cadẽtia sil'r ꝛ similiter desinẽtia ꝛ eodẽ modo declinata multa iũganꝫ vt Ennij illud: Merẽtes: flẽtes: lachrymãtes ac miserantes. Et illud: Foꝛtunatoꝝ imꝑatoꝝ optimoꝝq; rectoꝝ virtus magis q̃ foꝛtuna laudat. Itẽ eos reduci q̃ relinq. tẽni q̃ deseri malui.

Scribẽdi ꝛ orãdi oratorie modꝰ

Longa in fine. Uitet item ne pluriũ syllabaꝝ ꝟbis vtamur in fine: vt si diceres: Feciſti cõtra Quintiliani p̃cepta ꝛ inſtitutiones. Precepta etiã aptius poſtremo loco poſueris.

Uerſus in oratõe. Uerſus in oratõe fieri multo fediſſimũ eſt totũ: ſed etiã in pte deforme. vtiqꝫ ſi pars poſterior in clauſula deꝑhendat: vt illud Bruti: Quenq̃ ſciũt: ꝓſtituũt placuiſſe catoni. Aut verſus prior in ingreſſu: vt Liuius. Facturus ne opꝫ precium ſim. Hexametri enim exordio cepit.

Longa vel breuia in principio. Optime incipit a lõgis. recte aliq̃ a breuib⁹. vt Animaduerti Brute. Maxime aũt de predictis Ex Ab A Abs. Utqꝫ Diomedes ait: ꝟoĩbus iudicãt aures. Ex ꝛ ab ꝑpoſitões ſi ſeqns ꝟbũ a vocali incipiat integre efferunt: vt Ex opido. Ab illo. Si tñ cõſonãtes ſequunt extremam lr̃am pdũt: vt E foro. A marco. Silr̃ ſi vocalis ſequat cõſonantis loco poſita: vt A iunone. E ꝟtute. E vino. Priſcian⁹ aũt lib. xiij. ſcribit Ab ꝛ Ex in appoſitõe vocali q̃dẽ ſequente ſemp ꝑponi: vt Ab illo. Ex illo. Cõſonãte raro: ꝛ tũc ſi nulla aſpiras vocis ꝓhibeat: vt lib. ij. enei. Exquo me diuũ pr̃ atqꝫ hoĩm rex. At. lib. j. de. xj. carminib⁹ inq̃t: A q̃dẽ vel abs vocali ſequẽte nõ ponim⁹. Ab ꝟo non ſolũ vocalib⁹ ſequẽtib⁹: ſed etiã cõſonãtib⁹ q̃buſdã nõ male ſonantib⁹ antecedẽte ab. vt Abduco: abdo. Hec ille: Licet igit etiã dicere ab duce: ab domo. Sepe denicꝫ repit ab cõſonãte ſequẽti ꝑpoſita: qõ latius in lima vallẽſi oñdimus: vbi Laurẽti⁹ docet ab cũ duab⁹ liq̃dis ꝛ cũ l qñ fit cõſonãs adiũgi ſolere: vt Ab lege: ab legatis: ab lr̃is: ab rege: ab ioue. Abs etiã ante q in appoſitione ponit: vt Abs quolibet. Ante c aũt vel t in cõpoſitõe: vt Abſcondo: Abſtraho: abſtineo. dicitur item abs te abs tiro.

Ex theatro. A theatro. Preterea vt quibuſdã videtur: non idẽ eſt. Ex theatro venire: ꝛ a theatro. Ex theatro ſe venire dicit: qui ex ipo venit theatro. Qui vero dixit a theatro: nõ ex ipo theatro: ſed a loco qui primus eſt theatro.

Ad foꝝ ꝛ in foꝝ ire. Ad etiã ꝑpoſitio ꝛ in: non vnũ idemqꝫ ſignificant: Nam in foꝝ ire eſt in ipm foꝝ intrare. Ad forum ire in locũ foro proximũ: vt In tribunal: ꝛ ad tribunal venire nõ vnum eſt. Ad tribũal em̃ venit litigator. In tribunal ꝟo ꝓtor aut iudex.

De numeris. i. modulatõe ꝛ cõſonãtia ornate oratõis. Nunc de numeris hoc eſt rythmis: q̃ ſine certo fine moderant ꝛ tamen rõnabiliter ordinatis pedibus currũt: dicẽdum videt. Nam veteres: vt ſcribit Cicero lib. iij. de oratore. In ſoluta oratione numeros quoſdã nobis eſſe adhibẽdos putauerũt. Idqꝫ princeps Iſocrates inſtituiſſe ferꝝ: vt incõditam antiquoꝝ dicẽdi cõſuetudinẽ

delectationis atqꝫ auriū causa numeris astringeret. Uersus autē in oꝛone si afficiaꝫ cōiunctōe verboꝝ vitiū est: ꝛ tñ etiā ꝓiunctio/nem sicuti versum numeroſe sedere: ꝛ q̄drare ꝛ ꝓficere volumus. In oꝛone enī ꝓma pauci cernūt: postrema plurimi. Rhythmus aūt est modulata imago versus: cū habeat pedū: rēpoꝝqꝫ iūcturā cū lenitate. Metruꝫ certa q̄litate ac numero syllabarū rēpoꝛūqꝫ finiť: certisqꝫ pedibus cōsistit ac cluditur. Rhythmꝰ rēpoꝛum ac syllabarū pedūqꝫ cōgruētia in infinitū multiplicať ac ꝓfluit: vt Diomedes ait.

De dignitate. Dignitas est q̄ reddit oꝛnatā oꝛonem varietate distinguēs. debet enī tractatio varia esse: ne q̄ audiūt defatigētur similitudinis satietate. Reficit aūt aīos ac reparat varietas ipsa. hec in verboꝝ ꝛ sentētiaꝝ exoꝛnationē diuidiť. Uerboꝝ exoꝛnatio est: quū ad ipz sermonē ꝓpria: ꝓspicua: oꝛnata: idonea: electaqꝫ verba accōmodanť: abiecta atqꝫ obsoleta tollunť. Sententiaꝝ exoꝛnatio est q̄ nō in verbis: sed in ipīs rebus quādā habet dignitatē. Est enī sentētia oꝛo sumpta de vita: generalē ꝓnūciationem habēs: breuiter hoꝛtās rem aliquā vel dehoꝛtās vel demōstrans quale sit aliq̄d. Hoꝛtās quidē huiusmodi erit. Optima viuendi ratio est eligenda: eam iucūdam cōsuetudo reddet. Itez oēs bene viuendi ratiōes in virtute sunt collocāde: ꝓpterea q̄ sola virtus in sua potestate est. Item Hi sapiēter faciunt q̄ adolescētes maxime castigāt. Dehoꝛtās vero talis. Nō oporteť totā noctē doꝛmire cōsultoꝛē. Item Deu nihil inuitis fas quemq̄ fidere diuis. Demōstrans aūt: vt Obsequiū amicos veritas odiū parit. Sententias deniqꝫ interponi raro cōuenit: vt rei actoꝛes nō viuēdi ꝓceptoꝛes videamur esse: quū ita interponenť multū afferent oꝛnamēti. De exoꝛnatiōibus aūt quas coloꝛes etiā appellant lib. iiij. ad Heren/niū Cicero latissime mouet ibi Ergo inspiciende.

De laude ꝛ vituperatione. Titu. xij.

Laus est expositio amplificatioqꝫ bonoꝝ q̄ alicui accidunt ꝓsone vel cōmuniter vel priuatim. Cōmuniter: vt Laus boīs. Priuatim vt laus Socratis. Laudamꝰ tñ etiā res vt iusticiā: vt muta aīalia necnō etiā arboꝛes ꝛ semina ꝛ mōtes ꝛ fluuios ꝛ similia. Sciēdūqꝫ q̄ demonstratiuū genꝰ diuiditur in laudē ꝛ vituperationem. Quibus aūt ex rebus laudē ꝯstituerimꝰ ex cōtrarijs rebus. erit vituperatio cōparāda: Loci vero laudis vel vituperationis poterūt esse rerū externarū: coꝛpis ꝛ animi.

Deoꝝ laus. In dijs aūt gñaliter primū maiestatē ipīus coꝛnature venerabiť: deinde ꝓprie vim cuiuſqꝫ ꝛ inuēta qua vtile aliq̄d boībus attulerūt. Uis ostēdiť: vt Ioue regendoꝝ omniū. In

Scribẽdi ꝛ orãdi oratorie mod⁹

